13.8.A.44

EGVINARII
BARONIS IVRECONS.

Variarum quæſtionum publicè tractatarum, ad Digeſta iuris ciuilis.

I.

DE IVRISDICTIONE.



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1548.

S. Andrea della Valle.

D. HVLDRICHO FVGGERO COMPATRI SVO AMICISS. EGVINAR. BARO IVRECONS. S.

*

CVM *hîc apud nos ageres, compater coniunctiſsime, lubens particulam aliquam noſtrarum ad ius ciuile commentationum tibi nominatim inſcripſiſſem: niſi me cùm alia quædam, tum præcipuè quorundam hominum philargyria ab inſtituto deterruiſſet: qui nulla alia de cauſa libros conficere, & edere ſolent, quàm ut diuitibus eos nuncupantes, pecuniam aliquã ab his eliciant. Nunc cùm tua abſentia, omnem hanc ſuſpicionem dimouerit, Quæſtionum noſtrarum ad Digeſta iuris ciuilis prima, te ex Gallia in Germaniam ad tuos redeuntem, mòx ſequetur: ut cùm nobis corpore ſemper præſentibus eſſe non liceat, ueluti particula quædam animi noſtri apud te nocte dieq; peregrinetur: & cum ex noſtris Manualibus iam didiciſſe tibi uidearis, qua ratione ius ciuile apud nos perceptum, fideliter continere poſsis: aliquam etiam uiam & rationem habeas ex eadem officina exeun-*

tem, qua non ſolùm apud æquos iudices, & ſponte ſua ueritati aſſentientes, facias ſatis: ſed etiam ualde repugnantibus perſuadeas, & poſt Vlyſſeos errores, ſi non intra decennium, certè aliquando domum reducas. Neque enim ego tot me laboribus frangerem, tot curis uigilijsq; angerer: neque in tot ac tantas dimicationes, atque in hos pertinaciſsimorum hominum impetus obijcerem: niſi animus præſentiret fore, ut tu tuiq; ſimiles, cum imperio & poteſtate in urbibus & prouincijs aliquando futuri, cauſam hanc iuris ciuilis, quaſi de manu uobis à me in manum traditam, uindicaretis. Quod tantis opibus, cum tanta uirtute, tanta autoritate, & ſtudiorum doctrina coniunctis, facile factu quis non intelligit? cùm præſertim noſtri ordinis homines, qui nihil horum præter mediocrem hanc doctrinam habeant, quodam tenus iam promouiſſe apud iuris ſtudioſos uideantur. Ita enim (ut ſcis) collegæ mecum per ſex annos plus minus in Biturigum academia, nobiſcum commentando & meditando rationem, qua ius ciuile illuſtraretur, & ab interpretum erroribus defenderetur, profecimus: ut nemo in noſtro auditorio diu ſederit, quin à nobis perſuaſus, ex iure, non ex Bartolo ius dicendum, in Senatum hinc, & forum prodierit. Quo temporis ſpatio, quàm acre & magnum bellum, cum nouis ſubinde auditoribus nobis fuerit, recordari piget: qui cùm nihil præter auditum ferè, de

Bartolo

Bartolo haberent, atque in eius uerba non intellecta iuraſſent, ſine Bartoli mentione ad tertium quodque uerbum, frigere eis omnia uidebantur. His breui tempore perſuaſis, ecce inſtar Lernæi ſerpentis capitum, plures rurſus enaſcebantur, qui infima ſummis paria facerent, turbarent, miſcerent: ut à principio ad extremum tanti temporis, nullum tranquillum atque ocioſum ſpiritum duxerimus. Taceo quoſdam uſqueadeo præfractè uulgarem docendi rationem, noſtræ prætuliſſe: ut non ſolùm domi deliteſcentes nobis obtrectarent, ſed etiam cæteros ab auditorio prius repellerent, fugarent, auerterent, quàm audire poſſent. Qui tamen quæ alijs dictabamus, ſtudiosè lectitantes, ad extremum in ſententiam noſtram ire cogebantur: & eorum capita diris omnibus deuouebant, qui eos à recta ſtudiorum ratione, dolosè & malitiosè auerterant. Quid? Cùm nuper mihi obtigiſſet, ut profeſſorum primus eſſem, & magiſtratus ac decuriones, ex Senatus Pariſiorum conſulto, legem darent, ut Accurſij, Bartoli, cæterorumq́; commentarios ad leges, ſplendidius aliquanto quàm anteà explicarem: quantam ea res tragœdiam excitauit? Nam cùm de me ſæpe iuuentus audiſſet, non eſſe à commentarijs eiuſmodi incipiendum, ſed Vlpiani, Pauli, Caij, & ueterum commentarios, ad leges, s.c. plebiſcita, edicta, decreta Principum, tanquam ad fontes primùm reduci, &

fideliter contineri oportere : ità noſtra quantulacunque autoritas apud eam ualuerat, ut uix mihi ſententiam meam interpretanti crederet, Bartolum unquam, aut qui hunc ſecuti commentarios ad ius ciuile reliquerunt, iuris ſtudioſo legendos. Itaque partim domum noſtram cateruatim uenire, partim oratoribus identidem miſsis, rogare primùm, ne à uia & ratione, quam iandiu ſecutus eram, ullius hominis autoritate dimouerer : deinde ſcire ſe non meo iudicio, à recta docendi ratione, ad hanc uerboſam, & plus in fronte quàm in receſſu habentem, deficere, ſed in hoc tantum, ut magiſtratibus obſequerer : illos alio ſeculo in iure uerſatos, quid his temporibus conueniret, haud ſatis animaduertere: aut (quod uerius erat) dicis cauſa, non quòd è Rep. eſſe putarent, hanc docendi formam præſcribere, uel ambitioſius in ea re imperare, quòd noſtræ cognitionis eſſet. Alios ſcriptis ad me, tacito nomine ſuo (ne fortè repulſam paterentur) orationibus & epiſtolis, idem orare. In hac tu etiam hæreſi, mi Huldriche, aliquandiu fuiſti, & domi noſtræ mecum ſæpe egiſti, ut priſtinam conſuetudinem in docendo retinerem : alioqui fore ut auditores à me deficerent, & ità inſtitutum, ſiue meum (quod uix credebas) ſiue magiſtratuum, cum magno academiæ incommodo taciti damnarent. Ego contrà parendum eſſe Senatus conſulto, quod à ſapientiſsimis & ſummæ autoritat

toritat

toritatis uiris factum, à priuatis eleuari non oporteret: non omnium quæ à maioribus conſtituta eſſent, rationem reddendam. Deinde quod hactenus ſedulo feceram, incipientibus, & ſponte ſua doctorem ſequentibus conuenire: diu in iure uerſatis, atque in doctorum diſputationibus, non facere ſatis: nouam mihi perſonam nunc induendam, quòd primus in academia profeſſorum, certè temporis beneficio, factus eſſem: in poſtremis quandiu conſtiterim, quod maiori parti conueniret præſtitiſſe. Me deinceps non uulgari more, quid quiſque ſenſerit, aut reſponderit, memorare uelle duntaxat, & ad extremum (ut fit) ſubijcere Cogitate: ſed leges, & ueterum commentarios omnes, primum uelut in tabella ante oculos ponere, unde quæſtio propoſita neceſſariò dirimenda ſit. Quod in ſacris literis, in Vergilio, M. Cicerone, & alijs ſcriptoribus, magno cum fructu factitatum eſſe à doctis hominibus cauſabar: neque aliam eſſe rationem, qua repugnantibus ueritas ità oſtendi poſſet, ut reiectis falſis opinionibus, pedibus tandem ire in doctorum ſententiam, auditores cogerentur: id ſi uel in hac quæſtione, uel in cæteris, Accurſius, Bartolus, & cæteri feciſſent, non relicturos fuiſſe poſteritati, quot capita, tot ſententias. Me in hac quæſtione (quam uelut ſpecimen noui, ut aiunt, apparatus, editurus eram) poſt meam ſententiam ex iureconſultis, alijsq; ſcriptoribus probatam,

quid Accurſius, & cæteri (qui iam uita defuncti eſſent) rectè, quid perperàm ſcriptum reliquiſſent, breuiter perſtricturum: idem in cæteris, qui adhuc uiuerent, tacitis nominibus præſtiturum ità, ut ex his quiſque intelligeret, quid in eo requirerem. Ii ſi ſua fortè (quæ eſt eorum doctrina & autoritas) arctè tenere uellent, aut certè interpretari, non aliunde ferè inter nos, ius à conſultis uiris dici poſſe, quàm ex locis tam iuris, quàm aliorum ſcriptorum, à nobis ſub uno aſpectu poſitis: me & alios ſine pertinacia refellere, & ſine iracundia refelli paratum eſſe. His ità ultrò citroq; habitis ſermonibus, ad inſtitutum uia & ratione ſupraſcripta adgredior, & quamuis bona parte frenente, & rumpente interdum ſilentium, ſatis multa loca ad diſputationis noſtræ argumentum pertinentia, ordine quo à nobis perſcripta deinde fuerunt, breuiter ac dilucidè interpretor. Quid uerbis opus? Nõ ita dies multi præterierant, cùm quidam ſiue ab aliјs in hoc inſtructi, & ſubornati, quòd cæteris petulantiores eſſent, ſiue quòd è re ſua crederent, me ad priſtinam interpretandi rationem quouis modo reuocari: tantum pedum crepitum, & ſtrepitum edunt, ut domi me cõtinere tantiſper uoluntate mea coactus ſim, dum laſciuia illa, & iuuentutis feruor refrigeſceret. Hoc interim ſpatio, libellum hunc in aduerſaria conijcio, & per amanuenſes expeditiſſimos perſcribo: ut qui

diutius

diutius in iure uerſati eſſent, ſpecimen aliquod nouæ interpretationis, uel inuitis cæteris acciperent. Libello ferè confecto, ecce iterum legati omnium ſuffragijs miſsi, apud me inſtant, ut ſi meliori auditorum parti audire nollem, certè ad priſtinum munus meo arbitratu exequendum reuerterer: querentes interim quòd in paucorum gratiam, plures deſererem, aduerſus Platonis præceptum. Ego obiurgare primum, quod aduerſus Pythagoræ, & Iuſtiniani inſtitutum, legem darent qua docerentur. Deinde omnium rationibus diligentius perpenſis, collato etiam cum his Senatus, & magiſtratuum decreto: quorum ille Aurelianis profeſſoribus rationem docendi præſcripſerat, qui numero nos ſuperant: hos ſimulatè idem à nobis exigere, ipſe intelligebam: rationem, quam ex noſtri ordinis conſenſu prius in albo noſtris auditoribus propoſueram, tantiſper ſequi decreui, dum maior ſit in academia eorum numerus, qui exactius hoc interpretandi genus efflagitent. Pauci enim plerunque hoc requirunt ambitione quadam, ut apud incipientes multum iam in iure profeciſſe uideantur: cùm intereà quæ primo quoque anno apud nos diſcit iuuentus, illi iam uiri ignorent: & puerilia compoſita à nobis edicta, & Manualium titulo edita, dictitent. quòd ipſi malè docti, uim eorum ac poteſtatem aſſequi non poſsint. Hanc igitur primam ad Digeſta quæſtionem, tibi

 Huld

Huldriche humaniſsime iuxta ac doctiſsime, nominatim conſecro, & quam ſequi poſthac noſter ordo interpretandi rationem in academia Biturigum ſtatuit, ſubijcio: ut tua cauſa ad bonam Europæ partem typis excuſa perueniat. Benè uale, & nos (ut facis) ama. Dat. Biturigibus Gallorum Ann. à CHRISTO

M. D. XLVIII.

Calendis

Iulij.

EGVINARII BARONIS IVRECONS.

Variarum quæſtionum publicè tractatarum, ad Digeſta iuris ciuilis

I.

DE IVRISDICTIONE.

AEMYLIVS Papinianus lib. 1. Quæſtionum, ueterem quæſtionem de mandata iuriſdictione, hiſce uerbis definiuit, Quæcunq; ſpecialiter lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione Principum tribuuntur: mandata iuriſdictione non transferuntur. quæ uerò iure magiſtratus competunt: mandari poſſunt. Vlpianus uerò lib. 1. de officio Quæſtoris, uel, ut in alijs libris manu ſcriptis reperitur, Paulus lib. 11. ad edictum, Miſtum imperium, inquit, eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt: quod in danda bonorum poſſeſsione conſiſtit. Iuriſdictio eſt etiã iudicis dandi licentia. Haloander aliter, Miſtum eſt imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt. quod in danda bonorum poſſeſsione conſiſtit, ut iuriſdictio iudicis dandi licentia. Alij alio modo: nimirum Miſtum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Miſtum eſt imperium(cui etiam iuriſdictio ineſt) quod, &c. Ex quibus conſultorum uerbis, multiplex quæſtio orta eſt, ex quo ad leges à Iuſtiniano compoſitas, commentaria ſcribi cœperunt: qua de re nec inter noſtri ſeculi iuriſconſultos conuenit. Cuius quidem diſſenſionis bona pars, ex ambiguitate uerborum Iuriſdictionis, & Imperij, profecta eſt, ut meritò cùm ex alijs ſcriptoribus, qui ius ciuile intellexiſſe uidentur: tam præcipuè ex iureconſultis, exſcribenda ſint, quæ ad iuriſdictionem & imperium pertinere conſtet. Quibus quaſi in tabella ſub uno aſpectu poſitis, haud difficile erit, quid ſit Iuriſdictio, quamq; uariè id uerbi uſurpetur, iudicare: & quod à Iuſtiniani interpretibus perperàm ſcriptum ſit, ſingulatim refellere. Et ut à M. Cicerone incipiam, is in Verr. lib. II. de Prætura urbana Verris loquens, Simul, inquit, in iure dicendo, bonorum, poſſeſsionumq;, contra omnium inſtituta addictio, & condonatio. Et lib. III. Quapropter ità me de Præturæ criminibus auditote, ut ex utroque genere, & iuris dicendi, & ſartorum tectorum exigendorum, ea poſtuletis, &c. Et deinde ea refert quæ ad iuriſdictionem rei priuatæ ſpectant. Nam ut Prætor factus eſt, ſortem nactus eſt urbanæ prouinciæ: qui principio qualis in edicto conſtituendo fuerit, cognoſcite. Ibidem. Nihil poſt mortem illius de teſtamento noui iuris conſtitui oporteret. Et paulo

pòſt.

pòſt. De iure uerò ciuili, ſi quis noui quid inſtituit, omnia quæ ante acta ſunt, rata eſſe patitur. Eodem loco. Omnes anteà ita ius dixiſſe, & hoc uetus edictum translatitiumq; eſſe. Et paucis interiectis. Quæ libido iſtius in iure dicundo fuerit, quæ uarietas decretorum, quæ nundinatio. Et poſt pauca. In Plebem uerò Romanam, utrum ſuperbiam prius memorem, an crudelitatem? uirgis plebem Romanam concidere ſolitus, &c. Et in eodem loco de teſtamento P. Trebonij. Lex eſt, pœna eſt. quid ad eum qui ius dicit? Et poſteà. Qui ob ius dicendum M. Octauium Ligurem poſcere pecuniam non dubitauit. Ibidem. Ex urbano edicto decernere. Poſſum ſexcenta decreta proferre, &c. Loquitur de danda bonorum poſſeſsione. Eodem lib. Factum eſt s.c. ut C. Verres, & P. Celius Prætores cognoſcerent & iudicarent, de quibus ſartis tectis cognitum & iudicatum non eſſet. Ibidem. Atque etiam iudicium in prætura publicum exercuit, &c. Et hoc quidem poſt crimina iuriſdictionis, & ſartorum tectorum, ad finem actionis extat. Sic lib. IIII. poſt crimina in iure dicundo ciuiliter, Iam uerò, inquit, in rerum capitalium quæſtionibus, &c. Idem uelut genera diuerſa, in tranſitu ad alia genera criminum poſuit, iudicare de rebus capitalibus, & ius dicere de priuatis rebus. Et lib. IIII. in Verrem. Qui ſimul atque ei ſorte prouincia Sicilia obuenit. Et deinde pòſt. Se de hæreditate uel

te uelle cognoſcere, &c. Iſto cognoſcente cauſam obtineret. Cauſam Verres cognoſcit. Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. Dubium non eſt quin omnes omnium pecuniæ poſitæ ſint in eorum poteſtate qui iudicia dant, & eorum qui iudicant. Eiuſmodi totum ius Prætorium, eiuſdemmodi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium Prætore Verre. Decreta eiuſmodi, &c. Iudicia huiuſmodi, &c. Quid ego iſtius in iure dicendo libidinem demonſtrem? quis ueſtrum non ex urbana iuriſdictione cognouit? Quis unquam iſto Prætore, Chelidone inuita, lege agere potuit? Iudices citari iubet. Iubet citari Heraclium, & eos qui dicam ſcripſerant. Citatur reus Sopatrus. Sthenium citari iubet. Atque ut aliquando de rebus ab iſto cognitis, iudicatisq́;, & de iudicijs datis dicere deſiſtamus. An hoc dubitabit quiſquam quin is uenalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta uendiderit? Idem lib. VII. Quid deinde ſequitur? uerbera atque ignes, & illa extrema ad ſupplicium damnatorum, metum cæterorum, cruciatus & crux. In eodem ſæpe. Ex conſilij ſententia damnauit. Quos ipſe cum conſilio iudicauit, eos ſine conſilij ſententia, ſua ſponte omni ſupplicio liberauit. Idem lib. IIII. poſt maleficia Verris in iure dicundo de rebus pecuniarijs. Iam uerò in rerum capitalium quæſtionibus, quid ego unamquanque

rem

rem colligam, & cauſam? ex multis ſimilibus ea ſumam, quæ maximè improbitate excellere uidebuntur. Sopater quidam fuit, &c. Eodem lib. An hoc dubitabit quiſquam omnium, quin is uenalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta uendiderit? & quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octauium Ligurem ob ius dicendum popoſcerit? Lib. I. Quis igitur eſt, qui neget eorum arbitratu lege agi, quorum cauſa lex ſit conſtituta? Lib. II. Ecce autem cum Prætores deſignati ſortirentur, & M. Metello obtigiſſet, ut is de pecunijs repetundis quæreret. Et poſtea. Subſortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is huic ipſi quæſtioni præfuturus eſt ita ſecundum Cal. Ian. & Prætore, & prope toto conſilio commutato, magnas accuſatoris minas eludemus. Et paulo pòſt. Nunc tamen eo animo ſum, ut eo iudice, quàm Prætore, hanc rem tranſigi mallim, & iurato ſuam, quàm iniurato aliorum tabellas committere. Fratrem ſuum alterum Siciliam obtinere, alterum quæſiturum de pecunijs repetundis. Et poſteà. Q. Hortenſio Prætore de pecunijs repetundis Idem eodem lib. Conſtat inter omnes poſt hæc iudicia conſtituta, quibus nunc utimur, nullum hoc ſplendore, atque hac dignitate conſilium fuiſſe. Hic ſi quid erit offenſum, &c. Idem lib. III. Quapropter ita me de Præturæ criminib

minibus auditote, ut ex utroque genere, & iuris dicendi, & ſartorum tectorum exigendorum, ea poſtuletis, quæ maximè digna ſunt eo reo, cui paruum ac mediocre obijci nihil oporteat. Idem lib. IIII. Quid enim debuit Prætor, cum conſilio re cognita, cùm comperiſſet ſuum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi cauſa, pecuniam accepiſſe? Ibidem. Amici Epicratem defendere deſtiterunt: iſte Epicratis bona Bidinos omnia poſsidere, ſibiq; habere iuſsit. Et poſteà. In utriuſque bonis nihil erat, quod reſtitui poſſet, niſi quod moueri loco non poterat. Heraclium Metellus reſtitui iuſſerat: non reſtituebatur. Quiſquis erat ductus Senator Syracuſanus ab Heraclio, duci iubebat. Itaque permulti ducti ſunt. Epicrates quidem continuò reſtitutus eſt. Alia iudicia Lilybæi, alia Agrigenti, alia Panormi reſtituta ſunt. Et paulo antè de eadem re. Metellus ſimul ac uenit Sycacuſas, utrunque reſcindit, & de Epicrate, & de Heraclio. In eodem loco. M. Petilium equitem R. quem habet in conſilio, iubet operam dáre, quòd rei priuatæ iudex eſſet. Petilius recuſabat, quòd ſuos amicos, quos ſibi in conſilio eſſe uellet, Verres retineret. Idem lib. V. Quid erit extremum? ſi dammatus eris, uirgis te ad necem cædi neceſſe erit. Loquitur de iudicio in quadruplum, ex edicto Verris in aratores. In oratione pro Cæcinna. Ideo quòd omnia iudicia, aut diſtrahendarum

controuerſiarum,aut maleficiorum puniendorum cauſa reperta ſunt: quorum alterum lenius eſt, propterea quòd & minus lædit, & perſæpe diſceptatore domeſtico dijudicatur: alterum eſt uehementiſsimum, quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, ſed iudicis ſeueritatem, ac uim requirit. Et poſtea. Etenim ſi Prætor is, qui iudicia dat, nunquam petitori præſtituit, qua actione illum uti uelit:uidete quàm iniquum ſit, conſtituta iam re, iudicem, quid agi potuerit,aut quid poſsit,non quid actum ſit, quærere. Et in eadem Oratione. P.Dolabella Prætor interdixit. Idem pro Quintio. Prætor iuſsiſſet: (loquitur de mittendo in poſſeſsionem) opinor ſi uellet, ſi ualeret, ſi ius diceret, ſi nemo recuſaret qui ex ipſius decreto & ſatiſdaret, & iudicium accipere uellet. Idem in eadem. Sponſionem facere maluit, fecit. Te iudicem C.Aquili ſumpſit: ex ſponſo egit. Et poſteà. Quæſo C.Aquili, uoſq; qui eſtis in conſilio, ut quid pollicitus ſim, diligenter memoriæ mandetis. Idem. Ad hæc extrema, & inimiciſsima iura.Loquitur de poſtulando ut poſſidere,ſibiq; habere liceat.Idem in eadem. Debere tibi dicis Quintium:procurator negat: uadari uis: promittit:in ius uocas: ſequitur: iudicium poſtulas: non recuſat. Et poſteà. Vadimonium promiſiſſe: iudicium in ea ipſa uerba, quæ Neuius edebat, non recuſaſſe. Et deinde. Se iudicio id quod

edat, accipere. Idem pro Roſcio Amerino. Te quoque magnopere M.Fanni, quæſo, ut qualem te antea pop.Rom.præbuiſti cum huic idem quæſtioni iudex præeſſes, talem te & nobis, & populo Rom. hoc tempore impertias. Et paulo pôſt. Omnes hanc quæſtionem, te Prætore, de manifeſtis maleficijs, &c. Et poſteà. Petimus abs te M. Fanni, à uobisq; iudices, &c. Et deinde. Vt non modò clam, uerum etiam hîc in foro, ante tribunal tuum M.Fanni, ante pedes ueſtros iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint. Ad Herennium lib. II. Iudicatum eſt id, de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum. Ea ſæpe diuerſa ſunt, ut aliud alij iudici, aut Prætori, aut Conſuli, aut Tribuno plebis placitum ſit: & fit, ut de eadem re ſæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit. Quod genus M.Druſus Prætor urbanus, quòd cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit: Sex.Iulius non reddidit. Item C.Cælius iudex abſoluit iniuriarum eum qui Lucilium poëtam in ſcæna nominatim læſerat: P.Mutius eum qui L.Accium poëtam nominauerat, condemnauit. Lib.I.de Oratore. Nam uolitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum in tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de iure, & æquitate certetur: iactare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus uſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum,

tionum,alluuionum, circunluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum,teſtamentorum ruptorum, & ratorum, cæterarumq́; rerum innumerabilium iura uerſentur,cùm omnino quid ſuum,quid alienum, quare deniq; ciuis an peregrinus, ſeruus an liber quiſpiã ſit,ignoret,inſignis eſt impudentiæ. In Partitionibus. Atque etiam ante iudicium, de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe contentio, cùm aut ſit'ne actio illi qui agit,aut iam'ne ſit, aut num iam eſſe deſierit,aut illa'ne lege,his'ue uerbis ſit actio,quæritur. Quæ etiam ſi antequam res in iudicium uenit,aut concertata,aut dijudicata, aut confecta non ſunt: tamen in ipſis iudicijs permagnum ſæpe habent pondus cùm ità dicitur,Plus petiſti, Serò petiſti, Non fuit tua petitio, Non à me, non hac lege, Non his uerbis, Non hoc iudicio. Lib. I I. de Inuentione. Nam & Prætoris exceptionibus, multæ excluduntur actiones: & ità ius ciuile habemus conſtitutum, ut cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet egerit. Quare in iure plerunque translationes uerſantur. Ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur. In ipſis autem iudicijs rarius incidunt. Et poſtea. Agit is,cui manus præciſa eſt, iniuriarum. poſtulat is qui cum agitur, à Prætore exceptionem Extra quàm in reum ca-

 pitis

pitis præiudicium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum poſtulat. Ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere. In Topic. In omnibus igitur iudicijs, in quibus Ex fide bona eſt additum, plurimus eſt iuriſconſultorum uſus. Vbi uerò, Vt inter bonos bene agi oportet, in primisq́; in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt Quid æquius melius, parati eſſe debēt. Illi enim, dolū malū, illi fidē bonā, illi æquū bonū, illi quid ſociū ſocio, quid eū qui aliena negotia curaſſet, ei cuius ea negotia fuiſſent, quid eū qui mādaſſet eum'ue cui mandatū eſſet, alterum alteri præſtare oporteret, quid uirū uxori, quid uxorem uiro, tradiderunt. Et poſtea. Tria igitur ſunt genera cauſarum, iudicij, deliberationis, laudationis: quorum fines ipſi declarant quibus utendum locis ſit. Nam iudicij finis ius eſt, ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tum expoſitæ, cùm æquitatis. Cicero pro Murena, Præturam eius, & Sulpitij comparans. In ipſa Prætura nihil'ne exiſtimas inter tuam, & iſtius ſortem interfuiſſe? Huius ſors ea fuit, quam omnes tui neceſſarij tibi optabamus, iuris dicendi: qua in ſorte offenſionem uitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Quid tua ſors? triſtis, atrox, quæſtio peculatus. Poſtremo tu in prouinciam ire noluiſti. Idem pro Cluentio. Nec cenſorium ſtylum, æquè poſthac atque illum gladium dictatorium extimeſcamus. Paul. ad Rom. Non enim fruſtrà

gladium

gladium portat. Pro Cæcinna. Poteſtis principia negare, cum extrema conceditis? Idem pro Cluentio. Timidè & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum: qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta. Et poſt pauca. Altera pars, ea quæ propria eſt ueſtri iudicij, & legitimæ ueneficij quæſtionis, per mihi breuis. Et poſtea. Hoc poſtulo, ne quid huc præiudicati adferatis: etenim non modo auctoritatem, ſed etiam nomen iudicum ammittemus, niſi hic ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſi ad cauſas iudicia iam facta domo deferemus. Ibidem. Deinde de eo ea præiudicia eſſe facta ab ipſis iudicibus à quibus condemnatus eſt, ut non modo ab ijſdem, ſed ne ab alijs quidem ullis abſolui ullo modo poſſet. Deinde pòſt. Cum in conſilium iri oporteret, quæſiuit ab eo reo C. Iunius quæſitor ex lege illa Cornelia, quæ tum erat, clam, an palam de ſe ſententiam ferri uellet. In eadem. Conuitium C. Iunio iudici quæſtionis maximum fecit. In eadem. Sequitur id, quod illi iudicium appellant, maiores autem noſtri nunquam neque iudicium nominarunt, neque perinde ut rem iudicatam obſeruauerunt, animaduerſio atque autoritas cenſoria. In eadem. Legum miniſtri magiſtratus, legum interpretes iudices. In eadem. Si qua in eum lis capitis illata eſt. Ibidem. A primo capite legis uſque ad extremum. Pro lege Agra. Primum pop. Rom. hæreditatem Decemuiri iu-

dicent, cum uos uolueritis de priuatis hæreditatibus centumuiros iudicare? Idem in eadem. Cum imperio, cum iudicio omnium rerum, ad ipſius exercitum peruenire. Et de eadem re. Hoc capite, Quirites, omnes gentes, nationes, prouincias, regna Decemuirûm ditioni, iudicio, poteſtatiq́; permiſſa dico. Pro L. Flacco. Præturæ iuriſdictio, res uaria, & multiplex ad ſuſpiciones, & ſimultates non attingitur. Et poſtea. Quomodo is, qui antè Romæ ius dixerat, anno pòſt in Aſia ius dixerit, à teſtibus quæretis ignotis? ipſi coniectura nihil iudicatis? In tam uaria iuriſdictione tam multa decreta, tum hominum gratioſorum læſæ uoluntates: quæ eſt unquam iacta non ſuſpicio, quæ tamen ſolet eſſe falſa, ſed iracundiæ uox aut doloris? In eadem. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. Nihil de rebus capitalibus à Flacco iudicatis memoratur in ea oratione. Idem pro Archia. Cum res agatur apud Prætorem pop. Rom. lectiſsimum uirum, & apud ſeueriſsimos iudices. Et poſtea. Hoc denique Prætore exercente iudicium. Idem pro Milone. Decernebat enim Senatus ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Idem pro Rabirio Poſthumo. Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi, Prætor quæſiui. Idem de legibus. Magiſtratus nec obedientem & noxium ciuem, multa, uinculis, uerberibusq́; coërcento. Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicari'ue

cari'ue iubeat, Prætor eſto: huic poteſtati parento. Quotcunque Senatus decreuerit, populus'ue iuſſerit, tot ſunto. Regio imperio duo ſunto: ijq́; præeundo, conſulendo, iudicando, Prætores, Conſules, Iudices appellantor: militiæ ſummum ius habento: nemini parento. Q. Quàm breui frater in conſpectu à te poſita eſt magiſtratuum deſcriptio, ſed ea penè noſtræ ciuitatis: etſi à te paululum allatum eſt noui. M. Nihil habui ſanè, non modò multum, quod putarē nouandum in legibus. Lib. I. Officio. Iam illis promiſsis non ſtandū eſſe, quis nō uidet, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit? quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus. Idem lib. III. Atque iſte dolus malus etiam legibus erat uindicatus, ut tutela duodecim tabulis, & circunſcriptio adoleſcentum lege Plectoria: & ſine lege iudicijs, in quibus Ex bona fide, agitur. Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maximè excellunt: in arbitrio rei uxoriæ, Aequius, melius: in fiducia, ut inter bonos benè agier oportet, & ſine fraudatione. Ibidem. Q. quidem Scæuola Pontifex maximus, ſummam uim eſſe dicebat in ijs arbitrijs, in quibus Ex bona fide ageretur: fideiq́; bonæ nomen exiſtimabat manare latiſsimè: idq́; uerſari in tutelis, ſocietatibus, &c. quibus uitæ ſocietas continetur: in his magni eſſe iudicis ſtatuere: præſertim cum in pleriſque eſſent iudicia contraria, quid

quenque cuique præſtare oporteret. Lib. I I. epiſtolarum, epiſt. x I I I. Mihi erat in animo, quoniam iuriſdictionem confeceram, ciuitates locupletaram, publicanis etiam ſuperioris luſtri, &c. proficiſci in Siciliam Non. Maij, & cum primum æſtiua attigiſſem, militaremq́; rem collocaſſem, decedere ex s.c. Loquitur Cicero proconſul. Idem lib. I I I. epiſt. v I. ad Appium Pulchrum Imperatorem. Qui te Tarſi fórum agere, ſtatuere multa, decernere, iudicare dicerent, cum poſſes iam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum. Et lib. v. ad Atticum, de eadem re. Appius ut audiuit nos uenire in ultimam prouinciam, ſe coniecit Tarſum uſque, ibi forum agit. Eodem lib. epiſt. Saturnalibus. Iconij decem dies ſedimus. Nihil ea iuriſdictione æquabilius, nihil leuius, nihil grauius. Inde ad caſtra ueni ad v I I. Cal. Sept. In epiſt. ſeq. Ego æſtiuis confectis Q. Fratrem hybernis, & Ciliciæ præfeci: Q. Voluſium miſi in Cyprum, ut ibi pauculos dies eſſet, ne ciues Rom. pauci, qui illic negotiantur, ius ſibi dictum negarent. Nam euocari ex inſula Cyprios non licet. Ead. epiſt. Idib. Febr. quo die has literas dedi, forum inſtitueram agere Laodiceæ Cibyraticum, & Apamenſe: ex Idib. Mart. ibidem Synnadenſe, Pamphylium, Aonium, Iſauricum. In eadem. Quòd ex ſyngrapha ius dici, lex Gabinia uetaret. Multa de ſyngrapha, multa de Scaptij iniurijs: negaui me audire. Erat autem Ci-

cero

cero Prætor. Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, pecuniam auferendi ſibi poteſtatem fuiſſe. Lib. VI. epiſt. I. Breue autem edictum eſt propter hanc meam diæreſim, quod duobus generibus edicendum putaui: quorum unum eſt prouinciale, in quo eſt de rationibus ciuitatum, de ære alieno, de uſura, de ſyngraphis, in eodem omnia de publicanis: alterum quod ſine edicto commodè tranſigi non poteſt, de hæreditatum poſſeſsionibus, de bonis poſsidendis, magiſtris faciundis, uendendis: quæ ex edicto & poſtulari, & fieri ſolent: tertium de reliquo iure dicundo ἄγραφον reliqui: dixi me in eo genere, mea decreta ad edicta urbana accommodaturum. Item epiſt. II. eiuſdem lib. Lætari te noſtra moderatione, & continentia uideo: tum id magis faceres, ſi adeſſes, atque hoc foro, quod egi ex Idib. Febr. Laodiceæ ad Cal. Maij omnium dioeceſium præter Ciliciæ, mirabilia quædam effecimus. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ ſunt: omnes ſuis legibus, & iudicijs uſæ αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. Mira erant in ciuitatibus furta, quæ magiſtratus fecerant: quæſiui de ijs qui annis decem magiſtratus geſſerant. Iam cætera iuriſdictio, nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate. Epiſt. III. Offenſus contumelia nemo: decreto iuſto, & ſeuero perpauci, nec tamen quiſquam ut queri audeat. Item alia epiſt. Relinquēdus erat ex

s. c. qui præeſſet. Loquitur de Prætore prouinciali, qui decedens prouincia relinquit ex s. c.qui præſit,cum imperio: niſi mittatur ſucceſſor. Idem lib. I x. epiſt. I. urbem iam refertam eſſe optimatium audio.Soſium & Lupum,quos Cneus noſter antè putabat Brunduſium uenturos quàm ſe, ius dicere. Idem lib.x v I. Vt cum cauſa Buthrotiorũ probata à Conſulibus eſſet, quibus & lege, & s.c. permiſſum erat ut de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent,iudicarent.Et poſtea.Si ea decreta Conſulum, quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruentur.Et epiſt.ſeq.ad Capitonem.Quin decretum Conſulum, quorum & lege, & s.c.cognitio, & iudicium fuit,conſeruet. Idem epiſtolis ſequentibus paſsim,de cognitione, decreto, iudicio Conſulum. Ad Q.Fratrem. Scauri iudicium ſtatim exercebitur.Ad eundem epiſt.I.Quare ſit ſumma in iure dicendo ſeueritas, dummodo ea ne uarietur gratia, ſed conſeruetur æquabilis. Sed tamen parui refert abs te ipſo ius dici æqualiter ac diligenter,niſi idem ab ijs fiet,quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris. Ac mihi quidem uidetur, non ſanè magna uarietas negotiorum in adminiſtranda Aſia, ſed ea tota iuriſdictione maximè ſuſtineri. Ex eadem epiſto. Quintum fratrem Ciceronis, Proconſulem Aſiæ per triennium fuiſſe conſtat,tres legatos habuiſſe,& Prætorem identidem dici quòd militiæ ſummum ius haberet. In

ead. epiſt. Cogebantur, inquit, Syllani homines quæ per uim & metum abſtulerant, reddere. Qui in magiſtratibus iniurioſe decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. Hæc illius ſeueritas acerba uideretur, niſi multis condimentis lenitatis mitigaretur. Epiſt.11.Sin minus, ad te mittat, uti iudicio comburantur. Et poſteà. Ne diminuat hæres? quid ſi inficiatur? quid ſi omninò non debetur? Quid? Prætor ſolet iudicare deberi? Iterum Prætorem uocat Proconſulem, ut ſeipſum, cum Proconſul eſſet, ad Atticum Prætorem dicit. Gellius lib. VII. de Scipione. Oppugnabat oppidum in Hiſpania. Nullaq; eius potiundi ſpes erat. Et quodam die ius in caſtris ſedens dicebat, atque ex eo loco procul oppidum uidebatur. Tum è militibus, qui in iure apud eum ſtabant, interrogauit quiſpiam ex more, in quem diem locumq; uadimonium promitti iuberet. Idem lib. XIIII. Quo primum tempore à Prætoribus lectus in iudices ſum, ut iudicia quæ appellantur priuata ſuſciperem, &c. Idem lib. XX. Sed poſtquàm Prætores propagatis Italiæ finibus, datis iuriſdictionibus, negotijs occupati, paciſci uindiciarum dicendarum cauſa longinquas res grauabantur, &c. Idem lib. XIII. In magiſtratu, alij habent uocationem, alij præhenſionem, alij neutrum. uocationem habent, ut Conſules, & cæteri qui imperium habent. Et deinde. Qui uocationem habent, ijdem præhendere,

dere,tenere,& abducere poſſunt.Et ſeq.cap.Et neque uocari,neque ſi uenire nollet,capi, atque præhendi poſſet.Sueto.in Iul. Quæſtori ulterior Hiſpania obuenit; ubi cùm mandato Prætoris iure dicendo conuentus circumiret, Gadesq; ueniſſet, &c.Idem in eodem. Ac nihilominus permanere in magiſtratu, ac ius dicere auſus, ut comperit paratos,qui ui, ac per arma prohiberent:dimiſsis lictoribus, abiectaq; pretexta, domum clàm refugit. Idem in eodem. Iudicia ad duo genera iudicum redegit,equeſtris ordinis, ac ſenatorij. Idem in eodem.Ius laborioſiſsimè,& ſeueriſsimè dixit: repetundarum conuictos etiam ordine ſenatorio mouit. Idem in Augu. Ipſe ius dixit aſsiduè, & in noctem nonnunquam: ſi parum corpore ualeret,lectica pro tribunali collocata, uel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modo ſumma,ſed & lenitate. Siquidem manifeſti paricidij reum, ne culleo inſueretur, quòd non niſi confeſsi adficiebantur hac pœna:ità fertur interrogaſſe, Certè patrem tuum non occidiſti? Et cum de falſo teſtamento ageretur, omnesq; ſignatores lege Cornelia tenerentur:non tantum duas tabellas, damnatoriam, & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus dedit: ſed tertiam quoque,qua ignoſceretur ijs,quos fraude ad ſignandum, uel errore inductos conſtitiſſet. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Prætori delegabat urbano: at pro

at pronincialium conſularibus uiris, quos ſingulos cuiuſque prouinciæ negotijs præpoſuiſſet. Idem in eod. Vt centumuiralem haſtam, quam quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Idem in Tib. Cætera quoque non niſi per magiſtratus, & iure ordinario agebantur, tanta Coss. auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, quærentes trahi ſe à Cæſare, ad quem miſsi forent. Idem in eodem. Et magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerunque ſe offerebat conſiliarium, aſſidebatq́; iuxtim, uel ex aduerſo in parte primori: & ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet: ſubitus aderat, iudicesq́; aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali, legum, & religionis, & noxæ de qua cognoſcerent, admonebat. Idem in Claud. Ius & Conſul, & extra honorem, laborioſiſsimè dixit, etiam ſuis, ſuorumq́; diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoque antiquitus & religioſis. Nec ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiam, lenitatem'ue multarum ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus eſt. Nam & ijs qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones: & in maiore fraude conuictos, legitimam pœnam ſupergreſſus, ad beſtias condemnauit. In cognoſcendo autem ac decernendo, mira uarietate animi fuit: modo circumſpectus & ſagax: modo inconſultus ac præceps. Et ibidem. Alium interpellatum ab aduerſarijs de propria

lite,

lite, negantemq́; cognitionis rem: ſed ordinarij iuris eſſe agere confeſtim cauſam apud ſe coëgit. Idem in eodem. Iuriſdictionem de fideicommiſsis quotannis, & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias poteſtatibus demandauit. In eodem. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à Coss. darentur. Idem in Nero. Auſpicatus eſt iuriſdictionem Præfecti urbis atque Latinarum. In eodem. In iuriſdictione, poſtulatoribus, niſi ſequenti die, ac per libellos non temerè reſpondit. In cognoſcendo morem eum tenuit, ut continuis actionibus omiſsis, ſingulatim quæque per uices ageret. Idem in Galba. At in iure dicendo, cum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus utrinque argumentis, & teſtibus: ideoq́; difficili coniectura ueritatis, ità decreuit, ut ad lacum ubi adaquari ſolebat, duceretur obuoluto capite, atque ibidem reuelato, eius eſſet, ad quem ſpontè ſe à potu recepiſſet. Idem in Veſpaſ. Litium ſeries ubique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis intercapedine iuriſdictionis: accedentibus nouis ex conditione, tumultuq́; temporum. Sorte elegit per quos rapta bello reſtituerentur: quiq́; iudicia centumuiralia, quibus peragendis uix ſuffectura ætas litigatorum uidebatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentq́; ad breuiſsimum numerum. Idem in Domitiano. Ius diligenter, & induſtriè

dixit,

dixit, pleruuque & in foro pro tribunali extra ordinem. Dion Caſsius in Hadriano. Ius aſsiduè dicebat cum primoribus ciuium, aliquando in palatio, nonnunquam in prandio, interdum, & quidem ſæpius, ex tribunali, ut quæ fierent, publicarentur. Aſsiſtebat interdum Conſulibus quoties hi iudicarent. Spartianus in eodem. Cum iudicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos, aut comites ſolum, ſed Iuriſconſultos. Idem in eodem. Per Latina oppida, dictator, & ædilis, & duumuir fuit. Idem in eodem. Cauſas Romæ atque in prouincijs audiuit frequenter, adhibitis conſilio ſuo Conſulibus, atque Prætoribus, & optimis ſenatoribus. Quatuor conſulares per omnem Italiam iudices conſtituit. Capitol. in Pio. Succeſſorem uiuenti bono iudici nulli dedit, niſi Orphito Præfecto urbi, ſed petenti. Idem in Mar. philoſo. Senatum multis cognitionibus, & maximè ad ſe pertinentibus, iudicem dedit. Idem in eodem. Prætorem tutelarem primus fecit, cùm ante à Conſulibus tutores poſcerentur. Idem in eodem. Datis iuridicis Italiæ conſuluit, ad id exemplum quo Hadrianus conſulares uiros reddere iura præceperat. Idem in eodem. Prætorem quoque dum peſsimè egerat, non abdicare ſe Prætura iuſsit, ſed collegæ iuriſdictionem mandauit. Idem in eodem. Capitales cauſas hominum honeſtorum ipſe cognouit, & quidem ſumma æquitate, ità ut Prætorem repræhender

henderet, qui cito reorum cauſas audierat: iuberetq́; illum iterum cognoſcere. Spartianus in Seuero. Cauſas plurimas audiuit. Accuſatos à prouincialibus iudices, probatis rebus grauiter puniuit. Idem in Caracalla. Deinde in conſpectu eius Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus: Quo facto percuſſori dixit, Gladio te exequi oportuit iuſſum meum. Capitol. in Opilio Macrino. Milites ancillæ pudorem deprauaſſe ſuſpectos, bubus apertis inſeri iuſsit: cùm ne adulteris quidem talia apud maiores ſui temporis eſſent conſtituta ſupplicia. Adulterij reos ſemper uiuos ſimul incendit, iunctis corporibus. Lamprid. in Alex. Vbi ergo Auguſtũ agere cœpit imperium, primum remouit iudices à rep. quos impurus Heliogabalus prouexerat. Fures iudicare iuſsit, & deportari per Præſides prouinciarum. Iudices cum promoueret, exemplo ueterum, & argento, & neceſſarijs inſtruebat, ità ut Præſides prouinciarum acciperent argenti pondo uicena. Honores iuris gladij nunquam uendi paſſus eſt, dicens, Neceſſe eſt ut qui emit, uendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar, damnare non poſsim. Capitol. in Gordiano. His actis, properè uentum e[illegible] oppidum Tyſdrum, inuentusq́; ſenex uene[illegible]is poſt iuriſdictionem iacens in lecto, &c. Loquitur autem de Gordiano Proconſule Africæ. Et paulò pòſt. Poſt hoc Carthaginem uentum

cum

cum pompa Regali, & faſcibus laureatis: filiusq́; legatus patris exemplo Scipionum, gladij poteſtate ſuccinctus eſt. Et poſteà. Præturam Alexandro autore urbanam tenuit: in qua tantus iuriſdictionis gratia fuit, ut ſtatim conſulatum quem pater ſerò acceperat, mereretur. Idem in Balbino. Balbinus nobiliſsimus & iterum Conſul, rector prouinciarum infinitarum. Nam & Aſiam, & Africam, & Bithyniã, &c. ciuilibus adminiſtrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu: ſed rebus bellicis minor fuerat, quàm ciuilibus. Trebellius Pollio in Poſthumo. Tranſrhenani limitis ducem, & Præſidem Galliæ, Poſthumum fecimus: præſente quo non miles in caſtris, non iura in foro, non in Tribunalibus lites, non in Curia dignitas pereat. Vopiſcus in Probo. Accepto igitur hoc s. c. permiſit patribus, ut ex magnorum iudicum appellationibus ipſi cognoſcerent, proconſules crearent, legatos conſulibus darent, ius prætorium Præſidibus darent, leges quas Probus ederet Senatuſconſultis proprijs conſecrarent. Et Vbique pax, ubique Rom. leges, ubique iudices noſtri. Aurel. Victor de Domitiano. Cattos Germanosq́; deuicit, Ius æquiſsimè dixit. Et poſt pauca. Dehinc atrox cædibus, bonorum ſupplicia agere cœpit. Amianus Marcellinus lib. x i i i i. Et ex ijs proſcripti ſunt plures, acti in exilium alij: nonnullos gladij conſumpſere pœnales. Idem lib. x v i i i. de

Iuliano. Et licet multa ſint eius laudanda in huiuſmodi controuerſijs, unum tamen ſufficit poni. Numerium Narbonenſis paulo antè Rectorem accuſatum ut furem, inuſitato cenſorio rigore pro tribunali palàm admiſsis uolentibus audiebat. Idem lib. x i x. Statimq; ad orientem ocyus ire monuit Paulum, delata poteſtate, ut ad arbitrium ſuum audiri efficeret cauſas. Plurimi ducebantur, quorum aliquos uinculorum afflixerunt nexus, alios clauſtra pœnalia conſumpſerunt. Et electa eſt ſpectatrix ſuppliciorum feralium ciuitas Palæſtina, &c. Idem lib. x x i. Nigrinum totius furoris autorem, obtulerunt: eius ſupplicio crimen læſæ maieſtatis expiari poſcentes. Paucis pòſt diebus, exploratius ſpectato negotio, Mamertino tum iudicante præfecto prætorio, Nigrinus exuſtus eſt uiuus. Rumulus uerò & Saboſtius, pœnali conſumpti ſunt ferro. Idem eodem lib. Addebatur miſerorum ærumnis, qui rei imminutæ maieſtatis deferebantur, acerbitas eius: Et ſi quid tale increpuiſſet, in quæſtiones acrius inſurgens quàm ciuiliter, ſpectatores apponebat his litibus truces: mortemq; longius in puniendis quibuſdam, ſi natura permitteret, extendi conabatur: in huiuſmodi controuerſiarum partibus etiam Gallieno ferocior. Loquitur de Conſtantio. Idem lib. x x i i. Breui deinde Saluſtio promoto Præfecto prætorio, ſummam quæſtionum agitandarum, ut fido

comm

commiſit: qui cauſas uehementius æquo bonoq́; ſpectauit: præter paucas, in quibus ueritas reos nocentiſsimos offerebat. Idem in eodem lib. Mamertino Conſule ludos edente, manumittendis de more inductis, ipſe lege agi dixerat, ut ſolebat: ſtatimq́; admonitus iuriſdictionem eo die ad ſe non pertinere, &c. Idem eodem lib. Pars erepta uiolenter reddi ſibi poſcens, nonnulli ſine reſpectu periculi agentes, ut aduerſarios ſuos læſæ maieſtatis criminibus illigarent. Verum Iulianus Caſsijs iudicibus triſtior, cauſarum momenta æquo iure perpendens, ſua cuique tribuebat, nuſquam à uero abductus, acrius in calumniatores exurgens. Ibidem. Verum per ſpeciem quietis, iudicialibus cauſis intentus, non minus arduis quam bellicis diſtrahebatur curis: exquiſita docilitate librans, quibus modis ſuum cuique tribueret: iuſtisq́; ſententijs & improbi modicis coërcentur ſupplicijs. Idem lib. XXVI. Hormiſdæ poteſtatem Proconſulis detulit, & ciuilia more ueterum, & bella recturo. Idem lib. XXVII. Lampridius ex Præfecto prætorio urbis moderator. Herodiani interpres. Iuniorem filium Getam nomine reliquit, ut iuri dicundo, rebusq́; ciuilibus adminiſtrandis præeſſet: eiq́;, conſiliarios ex amicis natu grandibus reliquit. Idem. Nam ſiue duces, ac magiſtratus aliqui eligerentur, uterque amico ſuo potiſsimum ſuffragabatur: ſiue ius dicerent, ſemper diuerſa ſentie-

 bant,

bant, magno illorum periculo cuia res agebatur. Idem. Aut ius dicebat (rarius id tamen) ſtatimq́; ſententiam ferens ac reſpondens, pauculis duntaxat auditis. Plinius Secundus lib. I. epiſt. Eram in quadruplici iudicio. Et poſteà. Nam iudicium centumuirale differri nullo modo poteſt. Idem lib. IIII. Adhuc honor ſtudijs durat: proximè cum dicturus apud centumuiros eſſem, adeundi mihi locus niſi à tribunali, niſi per ipſos iudices non fuit. Idem eodem lib. Interfui Principis optimi cognitioni in conſilium aſſumptus. Item alia epiſtola eiuſdem lib. Proximè cum apud centumuiros in quadruplici iudicio dixiſſem. Idem alia epiſtola. Ecce Licinius Nepos Prætor acer, & fortis uir, multam dixit etiam ſenatori. Egit ille in Senatu cauſam. Idem lib. v. epiſt. I. Poſt hoc ille cum cæteris ſubſcripſit centumuirale iudicium, mecum non ſubſcripſit. Loquitur autem de exhæredatione. Idem eodem lib. Sedebant iudices, centumuiri uenerant, obuerſabant aduocati, ſilentium longum, tandem à Prætore nuntius, dimittuntur centumuiri, eximitur dies. Cauſa dilationis Nepos Prætor qui legibus quærit: propoſuerat breue edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos executurum ſe quæ s. c. continerentur. Suberat edicto s.c. hoc: Omnes qui quid negotij haberent, iurare prius quàm agerent, iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquam de-

diſſe,

diſſe, promiſiſſe, cauiſſe. Idem lib. v. Hoc facto nepotis commotus Prætor, qui centumuiralibus iudicijs præſidet. Idem lib. i x. Frequenter agenti mihi euenit, ut centumuiri, cum diu ſe intra iudicium, autoritatē, grauitatemq; tenuiſſent, omnes repente quaſi uicti conſurgerent, laudarentq;. Idem lib. x. Decretum Calui, & edictum, item decretum Baſsi his literis ſubieci. Decreta in relegando, dicit: edictum in reſtituendo. Idem eodem lib. Perſeuerantes duci iuſsi, id eſt duci in uincula, uel in carcerem. Caſsiodo. lib. v i. de Vicario urbis Romæ. Tu autem Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis: quando propria eſt iuriſdictio quæ datur à Principe. Idem de Conſularitate. Secures enim & faſces, quos illi dicauit genio antiquitas, tuis phaleris deputata uidentur: ut iuriſdictio conceſſa uel tacita poſsit admonere prouincias. Idem lib. v i i. de comitiua prouinciæ. Quamuis omnium dignitatum officia, à manu ſecludantur armata: & ciuilibus ueſtibus indui uideantur: tua tamen dignitas terroribus ornatur, quæ gladio bellico, rebus etiam pacatis accingitur. Idem de ducatu Retiarum. Non eſt tale pacatis regionibus ius dicere, quale ſuſpectis gentibus aſsidere. Aſconius Pædianus in illum locum lib. i i. in Verrem. Simul in iure dicendo contra omnium inſtituta bonorum poſſeſsionumq; addictio & condonatio. Sunt autem, inquit, Prætorum inſtituta in

decretis interponendis, dijudicandiſq; cauſis. Idem ad lib. I I. Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens, anteactis unum dedit. Nunc ſcilicet ſolum crimini ipſi repetundarum, quatuor. Vnum de iure dicendo, alterum de frumentaria, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs. Idem ad lib. I I I I. Vbi uentum eſt ad cauſam ipſam, & Siciliensia crimina, quatuor libros edidit: unum de iuriſdictione, alterum de frumento, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs. Incipit autem à laude Siciliæ: egreditur ad crimen Dionis, &c. Poſt hoc de Epicrate, deq; rebus capitalibus, de Sopatro, Sthenio, de iure dicundo. Idem ad finem, exponens formulam iudicij à Verre dati. Hæc ſunt exempla uerborum, quibus Prætorem iudicium dare fingit. Et paulo pòſt, exponens uerba edicti iniqui, Duci iuſsit, Melius autem duci iuſsit, in uincula, uel in carcerem: intelligimus duci iuſsit, damnauit. Nunc iureconſultos de imperio, & iuriſdictione audiamus, Paulus.[a] Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit. Ibidem. Vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluo more maiorum ius dicere conſtituit, is locus ius rectè appelletur. Pompo. Eodem tempore & magiſtratus iura reddebant: & ut ſcirent ciues, quod ius de qua re quiſque dicturus eſſet, & ſe præmunirent, edicta proponebant, quæ ius honorarium conſtituerunt.[b] Eodem loco. Aut

a l. pe. de iuſt.

b l. 2. de orig. iur.

ſunt legis actiones, quæ formam agendi continent. Per eos qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur: parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſsint. Vt à Conſulibus prouocatio eſſet, ne'ue poſſent in caput ciuis Romani iniuſſu populi animaduertere: ſolùm relictum eſt illis, ut coërcere poſſent, & in uincula publica duci iuberent. Et quia de capite ciuis non erat permiſſum Conſulibus ius dicere. Et ſecundum eum qui in ſeruitutem petierat, dixiſſe. Vindicias ſecundum libertatem dixiſſet. Neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt ut Prætor crearetur, qui urbanus appellatus eſt, quòd in urbe ius dicebat. Inter peregrinos ius reddebat. Centumuiri litibus iudicandis conſtituti ſunt. Qui de fideicommiſſo ius dicerent. Qui inter fiſcum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo Prætores in ciuitate ius dicunt. Vnus relinquitur qui ius dicat, is uocatur Præfectus urbi. In ciuitate iura reddebant. Iulianus. Qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ità ius dicere debet.[c] Vlpianus. Vel interpretatione, uel certè iuriſdictione ſuppleri.[d] Idem. Vel cognoſcens decreuit.[e] Idem. Ideoq; cognoſce de querelis eorum, qui ex familia, &c.[f] Idem. Si iudex nutriri, uel ali oportere pronuntiauerit.[g] Modeſtinus. Magiſtratum apud quem legis actio eſt.[h] Vlpianus. Officium Conſulis eſt conſilium præbere manumittere uo

c l.12. de iu.
d l.ſeq.
e l.8. de con ſti. princip.
f l.2. de his q ſunt ſui.
g l.pen. eo.
h l.4. de ado

i l.1.de offic. conſ.

re uolentibus.[i] Et ibidem. Cum ipſe ſit qui ex s.c. conſilij cauſam examinat. Arcadius de Pſ. prætorio. Non aliter iudicaturos eſſe, quàm ſi ipſe iudicaret.[k] Et poſtea. Ne à ſententijs eorum, &c. Vlpianus de Pſ. urbi. Sed & ex interdictis Quod ui aut clam, aut interdicto Vnde ui, audire poteſt.[l] Idem. An quæ dixit, quæ decreuit, nullius momenti fore: an fore propter utilitatem eorum qui apud eum egerunt uel lege, uel alio iure.[m] Idem Prætor nec tutorem, nec ſpecialem iudicem, ipſe dare poteſt.[n] Paulus de Pſ. uigilum. Sed aduerſus capſarios iudex eſt conſtitutus, ut ſi quid admiſerint, ipſe cognoſcat.[o] Martianus. Proconſules ſtatim atque urbem egreſsi, habent iuriſdictionem non tamen contentioſam, ſed uoluntariam.[p] Vlpianus. Mandare iuriſdictionem legato ſuo debet.[q] Solet cuſtodiarum cognitionem mandare legatis: ſcilicet ut præauditas cuſtodias ad ſe remittant, ut innocentem ipſe liberet: quod extraordinarium eſt. Nec enim poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, aut cuius alterius coërcitionis ad alium transferre.[r] Cùm pleniſsimam autem iuriſdictionem Proconſul habeat.[s] Vbi decretum neceſſarium eſt, per libellum id Proconſul expedire non poteſt: omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri.[t] Venuleius. Si quid erit quod maiorem animaduerſionem deſideret, remittere legatis ad

k l.1. de offic. pſ. præto.

l l.1. de offic. pſ. urbi.

m l.3. de offi. præto.

n l. ulti. eo.

o l.3. de offic. pſ. uigil.

p l.2. de offic. proconſ.

q l.4. eo.

r l.6. eo.

s l.7.

t l.9. eo.

Proc

Proconſulem debet.[u] Paulus. Legatus mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi ius habet.[x] Pomponius. Legati Proconſulum nihil proprium habent, niſi à Proconſule mandata eis iuriſdictio fuerit.[y] Vlpianus. Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium.[z] Præfectus Aegypti non prius deponit præfecturam & imperium.[a] Præſes prouinciæ non magis tutorem, quàm ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.[b] Qui uniuerſas prouincias regunt, ius gladij habent: & in metallum damnandi poteſtas eis permiſſa eſt.[c] Iulianus. Sed Præſidem exiſtimare debere utrum ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat.[d] Calliſtratus. Non imponitur neceſsitas Præſidi ſuſcipiendæ cognitionis: ſed is exiſtimare debet utrum ipſe cognoſcat, an iudicem dare debeat.[e] Hermogenianus. De omnibus cauſis de quibus uel Præfectus urbi, uel Præfectus prætorio, itemq; Conſules & Prætores, cæteriq; magiſtratus Romæ cognoſcunt, correctorum & Præſidum prouinciarum notio eſt.[f] Martianus. Omnia enim prouincialia deſideria, quæ Romæ uarios iudices habent, ad officium Præſidum pertinent.[g] Macer. Hactenus ius dicendum eſt, ut iis conteſtetur, reſq; ablata exhibeatur, & deponatur, aut ſiſti exhiberiue ſatiſdatio promittatur.[h] Calliſtratus. Sed & in cognoſcendo, neque excandeſcere aduerſus eos quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illacrymari oportet:

u l.11.eo.
x l.12.eo.
y l.13.eo.
z l ulti.eo.
a l.1. de offic. pf. Augu.
b l.5. de offic. præſid.
c l.6.eo.
d l.8.eo.
e l.ſeq.
f l.ſeq.
g l.ſeq.
h l.16.eo.

tet: id enim non eſt conſtantis, & recti iudicis. Et ſummatim itá Præſes ius reddere debet, &c.[i] Vlpianus. Adoptare apud iuridicum quis poteſt: quia data eſt ei legis actio. Iuridico qui Alexandriæ agit, datio tutoris cõſtitutione D. Marci conceſſa eſt.[k] Papinianus. Et ideo uidentur errare magiſtratus, qui cùm publici iudicij habeant exercitionem, lege, uel s. c. delatam, iuriſdictionem ſuam mandant. Et poſt pauca. Cùm aliâs iuriſdictio etiam à præſente mandetur. Eodem loco. Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet: ſed eius qui mandauit iuriſdictione utitur. Verius eſt enim maiorum more, iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium quod lege datur, non poſſe tranſire. Paulus. Imò imperium quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione tranſire uerius eſt.[l] Vlpianus. Mandata iuriſdictione à Præſide, conſilium exercere non poteſt is cui mandatur. Et ſi tutores, uel curatores uelint prædia uendere: cauſa cognita, id Prætor, uel Præſes permittet. Quod ſi mandauerit iuriſdictionem, nequaquam poterit mandata iuriſdictione eam quæſtionem transferre.[m] Iulianus. Etſi Prætor ſit is qui alienam iuriſdictionem exequitur, non tamen pro ſuo imperio agit.[n] Macer. Cognitio de ſuſpectis tutoribus mandari poteſt: imò & mandata generali iuriſdictione, eam contingere conſtitutum eſt. Vt poſſeſsio bonorum

detur,

i l.19. de offi. præſid.

k de offic. iurid. l.1. & 2.

l l.1. de offi. c.

m l.2. co.

n l.3. co.

detur, &c. mandari poteſt.[o] Paulus. Mandatam ſibi iuriſdictionem, mandare alteri neminem poſſe, manifeſtum eſt. Mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium quod non eſt merum uidetur mandari: quia iuriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt.[p] Idem. Omne officium aſſeſſorum, in his ferè cauſis conſtat: in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis.[q] Vlpianus. Ius dicentis officium latiſsimum eſt. Nam & bonorum poſſeſsionem dare poteſt, & in poſſeſsionem mittere, tutores pupillis non habentibus conſtituere, iudices litigantibus dare.[r] Iabolenus. Cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe uidentur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit.[s] Paulus, aut (ut in alijs libris ſcriptum eſt) Vlpianus. Iubere cauere prætoria ſtipulatione, & in poſſeſsionem mittere, imperij magis eſt quàm iuriſdictionis.[t] Iulianus. More maiorum ità comparatum eſt, ut is demum iuriſdictionem mãdare poſſit, qui eam ſuo iure, nõ alieno beneficio habetur.[u] Paulus. Et quia nec principaliter iuriſdictio ei data eſt, nec ipſa lex defert, ſed confirmat mandatam iuriſdictionem: ideoq; ſi is qui mandauit iuriſdictionem deceſſerit, antequam res ab eo cui mandata eſt, geri cœperit: ſolui mandatum Labeo ait.[x] Vlpianus. Si quis id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa, in albo propoſitum erit, dolo malo corruperit, &c.[y] Idem. Qui iuriſdictioni præeſt, neque ſibi ius

o l. 4. eo. l. ult. C. und. ui.
p l. ulti. eo.
q l. 1. de aſſeſ.
r l. 1. de iuriſd.
s l. 2. eo.
t l. 4. eo.
u l. 5. eo.
x l. 6. eo.
y l. 7. eo.

ius dicere debet, neque uxori, uel liberis ſuis, neque
z l.10.eo. libertis, uel cæteris quos ſecum habet.[z] Caius. Si idẽ
cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intra iuriſdictionem iudicantis ſit, coaceruatio uerò omnium excedat modum iuriſdictionis eius. Et ibidem. Apud eundem iudicem agendum eſt. Et poſteà. Vtrum ſingulæ partes ſpectandæ ſint circa iuriſdictionem eius qui co-
a l.11.eo. gnoſcit?[a] Vlpianus. Eum qui iudicare iubet, ma-
b l.13.eo. giſtratum eſſe oportet.[b] Idem. Eſt receptum, eoq́; iure utimur, ut ſi quis maior, uel æqualis, ſubijciat ſe iuriſdictioni alterius, poſsit ei, & aduerſus eum
c l.14.eo. ius dici.[c] Idem. Si per errorem, alius pro alio Præ-
d l.15.eo. tor fuerit aditus, nihil ualebit quod actum eſt.[d] Idem. Solet Prætor iuriſdictionem mandare: &
e l.16.eo. aut omnem mandat, aut ſpeciem unam.[e] Idem. Prætor, ſicut uniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt, ità & in perſonas certas, uel de una ſpe-
f l.ſeq. cie poteſt.[f] Africanus. Si conuenerit, ut alius Præ-
g l.18.eo. tor, quam cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret.[g] Vlpianus. Cum quædam puella apud competentem iudicem litem ſuſceperat: deindeq́; condemnata, ad uiri matrimonium, alij iuriſdictioni ſubiecti, peruenerat. Quoties de quantitate ad iuriſdictio-
h l.19.eo. nem pertinente quæritur, &c.[h] Paulus. Extra territorium ius dicenti, impunè non paretur. Idem
i l.ulti.eo. etſi ſupra iuriſdictionem ſuam uelit ius dicere.[i] Vlpianus. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici,

dici,quod ipſe alijs dixit,uel dici effecit? Et eodem loco. Et ideo ſi inter eos quis dixerit ius,inter quos iuriſdictionem non habuit:quoniam pro nullo hęc habetur,nec eſt ulla ſententia, &c.[k] Idem. Omnibus magiſtratibus,non tamen Duumuiris, ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio.[l] Is uidetur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod eſt extremum in iuriſdictione non fecit.uel(ut alij legunt) is uidetur ius dicenti obtemperaſſe, qui quod eſt extremum in iuriſdictione fecit. Paulus. Quamuis non adijciat Prætor, &c. tamen Labeo ait moderandam iuriſdictionem.[m] Idem. Ex quacunq; cauſa ad Prætorem, uel alios qui iuriſdictioni præſunt,in ius uocatus,uenire debet:ut hoc ipſum ſciatur,an iuriſdictio eius ſit. Si quis in ius uocatus non ierit, ex cauſa à competente iudice multa pro iuriſdictione iudicis damnabitur.[n] Vlpianus. Si quis ad pedaneum iudicem uocatum eximat,pœna huius edicti ceſſabit.[o] Idem. Sed ſi Prætor euocare perſeuerauerit, hiq; ſponte uenerint:ſi quidem ſententiam dixerit præſentibus illis, & ſponte litigantibus,ſententia ualebit. Sanè quoties res urget, cogendi quidem ſumus ad Prætorem uenire: uerum ad hoc tantum, ut lis conteſtetur.[p] Idem. Sed nec mandare ex hac cauſa iuriſdictionem, uel Præſes prouinciæ, uel Prætor poterit.[q] Idem. Niſi ſicubi ex officio iuriſdictionis ſuæ ſubueniant.

k l.1.q&#x0;d quiſque iur.
l l.1. ſi q. ius dic.
m l. 11. de in ius uoc.
n l.2. ſi q. in ius uoc.
o l. 3. ne q. eũ q. in ius.
p l.1. de fer.
q l.cum hi. de tranſact.

niant.[r] Paulus. Quod ſi lis conteſtata ſit, hoc omne officio iudicis dirimendum eſt.[s] Paulus. Quia tantundem in bonæ fidei iudicijs officium iudicis.[t] Vide l. 25. de irrito teſtamento pro tribunali probato, id eſt centumuirali iudicio: & l. 9. de ultro danda actione, ut l. 1. uti poſsid. Vide l. 30. eo. de officio iudicis, quo cautio interponitur: & l. pen. de calum. Marcellus. Itaque ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronunciatum eſt, confeſtim autem pro tribunali te ſedentem adijt.[u] Hermogenianus. Præfecti etiam prætorio, ex ſua ſententia in integrum poſſunt reſtituere.[x] Vlpianus. Minor autem magiſtratus, contra ſententiam maiorum non reſtituet.[y] Paulus. Victa tam apud Prætorem, quàm apud Præfectum urbi, prouocauerat. Putabam bene iudicatum.[z] Scæuola. Intra utile tempus reſtitutionis, apud Præſidem petierunt minores in integrum reſtitutionem. Dicta pro ætate ſententia, &c.[a] Vlpianus. Quoniam hæc res libera & ſoluta eſt, & extra neceſsitatem iuriſdictionis poſita.[b] Idem. Si quis iudex ſit, arbitrium recipere, in'ue ſe compromitti iubere, de qua re iudex eſt, lege Iulia prohibetur.[c] Idem. Inter conſentientes cuiuſuis iudicis qui tribunali præeſt, uel aliam iuriſdictionem habet, eſt iuriſdictio.[d] Idem. His datur multæ dicendæ ius, quibus publicum iudicium eſt, & non alijs: niſi hoc ſpecialiter permiſſum eſt.[e] Idem. Si quis ex aliena iuriſdictione ad

r l. 1. de poſtu.
s l. ſi reus. de procur.
t l. 6. de neg. geſt.
u l. 7. de in integ. reſti. uide l. 13. & l. ſeq. & l. 18. de dol.
x l. præfecti. de minor.
y l. ſeq.
z l. Aemylius. eo.
a l. ſeq. uide l. 3. 9. 13. eo. & 16. 32. 37. 47 & de cap. dimi. 7. & de maior. 26. et l. 43. eo. uide l. 3. de alienat.
b l. de arb.
c l. 9. eo. uide l. 32. eo. et l. 3. nau. caupo.
d l. 1. de iudi.
e l. 2. eo.

ne ad Prætorem uocetur, debet uenire.[f] Idem. f l.5.co.
Cæcus iudicantis officio fungitur.[g] Paulus. Iudi- g l.ſeq.
cem autem dare poſſunt, quibus id lege, uel conſtitutione, uel s. c. conceditur. lege ſicut Proconſul. Is quoque cui mandata iuriſdictio eſt, iudicem dare poteſt: ut ſunt legati proconſulum. Item hi quibus id conceſſum eſt propter uim imperij: ſicuti Præfectus urbi, cæteriq; Romæ magiſtratus.[h] Vlpianus. Si iudex deceſſerit, & alius in locum eius datus fuerit, &c. quamuis magiſtratus nominatim hoc in ſequentis datione non expreſſerit.[i] Papinianus. Non quicquid iudicis poteſtati permittitur: id ſubijcitur iuris neceſsitati.[k] Paulus. Iudex datus, in eodem officio permanet, licet furere cœperit. Sed quia iudicandi neceſsitatem morbus ſonticus remittit, ergo mutari debet.[l] Calliſtratus. Obſeruandum eſt, ne is iudex detur, quem altera nominatim pars petit.[m] Paulus. Iudices à Præſide dati, ſolent etiam in tempus ſucceſſorum eis durare, & cogi pronuntiare.[n] Idem. Iudicium ſoluitur uetante eo qui iudicare iuſſerat: uel etiam eo qui maius imperium in ea iuriſdictione habet.[o] Iulianus. De qua re cognouerit iudex, pronuntiare quoque cogendus erit. Iudex qui uſque ad certam ſummam iudicare iuſſus eſt, etiam de maiori re iudicare poteſt, ſi inter litigatores conueniat.[p] Idem. Si Prætor iuſſerit eum à quo debitum petebatur, adeſſe: & ordine edictorum peracto pronuntia

h l.12.co.
i l. ſi iudex. co.
k l.40.co. Vide l.44. eo.
l l. iudex. eo.
m l. obſeruandum. eo.
n l. uenditor. eo.
o l. iudicium. eo.
p l. de qua re. eo.

nuntiauerit abſentem debere: utique iudex qui de iudicato cognoſcit, non debet de Prætoris ſententia cognoſcere: alioquin luſoria erunt huiuſmodi edicta, & decreta Prætorum.[q] Africanus. In priuatis negotijs pater filium, & filius patrem iudicem habere poteſt.[r] Paulus. Quippe iudicare munus publicum eſt.[s] Vlpianus. Iudicibus de iure dubitantibus, Præſides reſpondere ſolent.[t] Idem. Qui neque iuriſdictioni præeſt, neque à Principe poteſtate aliqua præditus, neque ab eo qui ius dandorum iudicum habet, datus eſt: nec ex compromiſſo ſumptus, uel ex aliqua lege confirmatus, iudex eſſe non potuit.[u] Marcellus. Si pars iudicantium de inofficioſo contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dederit (quod interdum fieri ſolet) humanius erit, &c.[x] Scæuola. Quæſitum eſt, ſi ſoror centumuirali iudicio obtinuerit.[y] Quibus conuenit quod Plin. lib. ſexto epiſto. ſcribit. Fœmina quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum & octoginta. Et lib. 5. Hoc facto nepotis commotus Prætor qui centumuiralibus præſidet. Vlpianus. Planè ſummatim exiſtimandum iudici conceſsit, ſi bona fide imploretur iudicium de inofficioſo teſtamento: etſi id ipſe depræhenderit, præſtituendum modicum tempus, intra quod ſi non fuerit conteſtatum, iubeat iudicem libertatis partibus ſuis fungi.[z] Paulus. Et idipſum officio iudicis continebitur: nec except

q l. ſi prætor. eo.
r l. in pri. eo.
s l. ſeq.
t l. cum. eo.
u l. pen. eo.
x l. 10. de inoffic.
y l. 13. eo. Vid. l. 16. eo. & l. 40. eo.
z l. 7. de petit. hæred.

exceptio doli deſideratur.[a] Vlpianus. Per hanc actionem liberæ perſonæ quæ ſunt iuris noſtri, non petuntur. Igitur aut præiudicijs, aut interdictis, aut cognitione prætoria.[b] Idem. Officium autem iudicis in hac actione.[c] Idem. Nam militari officio iudicis ab eo poſſeſsio transfertur.[d] Idem. Traditio planè & patientia ſeruitutum inducit officium prætoris.[e] Idem. Ad officium de finibus cognoſcentis pertinet, & menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionē, ut æquum eſt, & (ſi res exigat) oculis etiam ſuis ſubiectis locis.[f] Idem. Planè ad officium iudicis pertinet.[g] Idem. Et puto officio iudicis contineri, ut ſi uolent hæredes à communione uſusfructus diſcedere, morem gerat eis, cautionibus interpoſitis.[h] Caius. Officio autem iudicis conuenit, iubere rem hæreditariam uænire, unam pluresúe, & pecuniam ex pretio redactam numerari ei cui res legata eſt.[i] Modeſtinus. Iudicio aditus arbiter, officium ſuum interponere non poſsit.[k] Papinianus. Officium tamen arbitri durat.[l] Pomponius. Officio iudicis fa. ercíſcundæ continetur. Officio iudicis actiones ei præſtari debebunt.[m] Vlpianus. Non magis quàm ſi quis ad exequendam ſententiam à Prætore datus diſtrahat.[n] Idem. Officio iudicis etiam talis adiudicatio fieri poteſt.[o] Idem. Iudicem per arbitrium ſibi ex hac actione commiſſum, etiam exceptiones æſtimare debere.[p] Paulus. Si iuſta ex

a l.38. eo. l. nō poſſ. ſi pars hæred.
b l. 1. de rei uendic.
c l. 9. eo.
d l. qui reſti. eo.
e l. 1. de ſer. ru.
f l. ſi irrup. fi. reg.
g l. 3. fa. ercíſc.
h l. 16. fa. ercíſ.
i l. 26. eo.
k l. 30. eo.
l l. ſeq.
m l. 42. eo.
n l. 49. eo.
o l. 6. com. diuid.
p l. 3. ad exhi.

cauſa ſtatim res exhiberi non poſsit, iuſſu iudicis
q l.12.eo. cauere debebit, ſe illo die exhibiturum. [q] Vlpianus.
Quod ait Prætor, Qui in iure interrogatus reſpondit, ſic accipiendum eſt, apud magiſtratus populi Romani, uel Præſides prouinciarum, uel alios iudices. Ius enim eum locum eſſe, ubi iuris dicundi, uel iudicandi gratia conſiſtat: uel ſi domi, uel in
r l.4. de inter. in iur. itinere hoc agat. [r] Idem. Vbicunq; iudicem æquitas mouerit: æquè interrogationem fieri oportere,
s l.pen.eo. dubium non eſt. [s] Idem. Datur autem hæc actio Quanti ea res erit in duplum. Sed quæſtionis
t l.9. de ſer. corrup. eſt, &c. [t] Simile Ad legem Aquiliam, apud eundem. [u] Idem. Prætor, uel magiſtratus municipalis,
u l.21. & ſeq. l. 1. ſi q. ius di. ad funus ſumptum decernere debet. [x] Idem. Arbitrio iudicis bonæ fidei congruit. [y] Marcellus. Non
l. 2. qui ſatiſd.
x l.12. de ſumpti. fune. æquum eſt pretio, id eſt quanti res eſt, litem æſtimari: cùm & contumacia punienda ſit. [z] Africanus.
y l.4. de in lit. iur. Hîc tantum una ſtipulatio pecuniæ creditæ: circa
z l.8. eo. cuius exequutionem, æſtimationis ratio arbitrio iudicis committitur, &c. Et paulo pòſt. Officium
a l. centũ cap. de eo q. cer. loc. iudicis tale eſſe debeat. [a] Idem. Vt rei iudicandæ tempus, quanti res ſit obſeruetur. [b] Ibidem. Quaſi
b l.3. commo. hoc boni iudicis arbitrio conueniat. Triphoninus. Sed eam utrum æſtimamus ad merum ius gentium, an uerò cum præceptis ciuilibus, & prætorijs? ueluti reus capitalis iudicij depoſuit apud te
c l. bona. de poſ. centum: is deportatus eſt, bona eius publicata ſunt, &c. [c] Conferenda cum illo Ciceronis loco in Verr.

Verr. Quid ad eum qui ius dicit? Paulus. In actione quoque ex empto, officio iudicis, poſt moram intercedentem, uſurarum pretij rationem haberi oportere.[d] Hermogenianus. Pretij ſorte, licet poſt moram ſoluta, uſuræ peti non poſſunt, cùm hæ in obligatione non ſint, ſed officio iudicis præſtentur.[e] Paulus. Vſuræ enim in bonæ fidei iudicijs, etſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quàm ex officio iudicis applicentur, tamen cùm fideiuſſor, &c.[f] Modeſtinus. Vel quia nunquam iſtorum de hac re fuerat iuriſdictio.[g] Vlpianus. Si pignora ueneant per apparitores Prætoris ſententiam extra ordinem exequentes.[h] Vlpianus. De alimentis patroni arbiter dari ſolet. Singulorum deſideria iudicem perpendere oportere.[i] Et ibidem ſæpe iudicis mentio. Idem. Cauſa cognita ſe actiones denegaturum: eò pertinet, ut ſi Prætor, &c.[k] Idem. Tutoris datio neque imperij eſt, neq; iuriſdictionis: ſed ei competit cui nominatim hoc dedit uel lex, uel s. c. uel conſtitutio.[l] Idem. Legatus quoque Proconſulis tutorem dare poteſt ex oratione D. Marci.[m] Idem. Ius dandi tutores datum eſt omnibus magiſtratibus municipalibus: ſed illum qui ex eodem municipio eſt.[n] Idem. Prætor ipſe ſe tutorem dare non poteſt: ſicut nec pedaneus iudex, nec compromiſſarius, ex ſua ſententia fieri poteſt.[o] Idem. Nec mandante Præſide alij tutor is dari poterit.[p] In alijs libris aliter ſcriptum eſt. Paulus.

d l. 47. de act. empt.
e l. 49. eo.
f l. quæro. loca.
g l. ſciendum. de ędil. edi.
h l. 50. de eui.
i l. ſi quis. de lib. ag.
k de uen. inſpi. l. 1.
l l. muto. de tutel.
m l. 1. de tut. dat.
n l. 3. eo.
o l. 4. eo.
p l. 8. eo.

lus. Vbi abſunt hi qui tutores dare poſſunt, Decu-
q l. ubi. eo. riones iubentur dare.[q] Vlpianus. Iudex qui quan-
r l. 6. de admi niſt. tut. doque cognoſcit, decretum Prætoris ſequetur.[r]
Papinianus. Nam diuiſio tutelæ, quæ non iuris,
ſed iuriſdictionis eſt: modum adminiſtrationis fa-
cit: & inter ipſos locum habet: nec experiri cum
s l. 35. de ad mini. tut. pupillo uolentibus obſtare debet.[s] Vlpianus. Quia
mandata iuriſdictione, totum officium iuris di-
t l. 1. de ſuſp. tuto. cundi ad eum tranſit.[t] Idem. Decreto igitur debe-
bit cauſa remonendi ſignificari, ut appareat de
exiſtimatione. Et poſteà. Si Prætor ſententia ſua
u l. 4. eo. nõ remouerit tutela, ſed gerere prohibuit.[u] Idem.
Officio iudicis qui tutelæ cognoſcit, congruit, re-
x l. 2. ubi pu pil. edu. putationes tutorum non improbas admittere.[x]
Idem. Ius alimentorum decernendorum pupillis,
y l. 3. eo. Prætori competit.[y] Idem. Quod ait Prætor, Quan
ti ea res erit, magis puto non pœnam, ſed uerita-
z l. 7. de falſ. tuto. tem his uerbis contineri.[z] Idem. Neque Prætor,
neque quis alius cui tutoris dandi ius eſt, hac actio-
a l. 1. de magi- ſtra. cõuen. ne tenetur.[a] Idem ex oratione Seueri. Tunc Præ-
tor urbanus uir clariſsimus adeatur, qui pro ſua re-
b l. 1. de reb. eo. ligione exiſtimet quæ poſsint alienari.[b] Idem. Pi-
gnori tamen capi iuſſu magiſtratus, uel Præſidis,
uel alterius poteſtatis, & diſtrahi fundus pupilla-
c l. 3. eo. ris poteſt.[c] Paulus. Item quæro, ſi lite conteſtata
Prætor ità pronuntiauerit ut materia præſtetur:
an tutores audiendi ſint, ut ab hac ſententia pupil-
lum, aduerſus quem pronuntiatum eſt, apud ſuc-
ceſſor

ceſſorem eius in integrum reſtituere uolentes? Paulus reſpondit, Prætorem, qui auro legato certi ponderis materiam præſtari iuſsit, rectè pronuntiaſſe uideri. [d] Papinianus. Sed ſi is qui uicit, non poſsit cauere, uel res deponenda, uel iuriſdictio reſtituenda erit.[e] Et ibidem. Defertur conditio cauendi fratribus ex forma iuriſdictionis. Vlpianus. Si cauſa cognita bonorum poſſeſsio detur, non alibi dabitur quàm pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita alibi bonorum poſſeſsio quàm pro tribunali dari poteſt.[f] Idem. Interdum non paſsim, ſed cum cauſæ cognitione, mitti uenter in poſſeſsionem debet.[g] Modeſtinus. In bonorum poſſeſsione, quæ pro tribunali datur, illud quæritur: ſi ſe dedit quidem Prætor pro tribunali, ſed poſtulationibus non dedit. Poteſt dici tempus ad bonorum poſſeſsionem non cedere: cùm Præſes alijs rebus, aut militaribus, aut cuſtodijs, aut cognitionibus fuerit occupatus. [h] Paulus. Prætoris officium eſt, ut miſſus in bonorum poſſeſsionem, etiam eam per longi temporis ſpacium capere in ſuum dominium poſsit.[i] Vlpianus ex edicto. Eum cui ità non cauebitur, in poſſeſsionem eius rei, cuius nomine ut caueatur poſtulabitur, rectè ire, cuius cauſa iuſta eſſe uidebitur: etiam poſsidere iubebo.[k] Et ibi. Si de ea re ex decreto meo, eiusúe cuius de ea re iuriſdictio fuit quæ mea eſt. Idem. Si ex ea cauſa

d l. titiæ. de aur. lega.

e l. 5. ut lega.

f l. 3. de bon. poſſ.

g l. 7. de uen. in poſſ. mit.

h l. 2. quis or. in bo. poſſ.

i l. 5. de dam. infect.

k l. 7. eo.

iuriſdictionem ſibi reſeruaret, magiſtratibus mu-
l l.1.eo. nicipalibus delegandum hoc rectè putauit.[l] Idem.
m l.4.eo. Cætera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit.[m] Et ibidem.
Quanti ea res eſt, iudicium datur: quod non ad
quantitatem refertur, ſed ad id quod intereſt, & ad
utilitatem uenit, nō ad pœnam. Paulus. Item cùm
Prætor iccirco in poſſeſsionem rei ire iuſsit, quòd
damni infecti non promitteretur: poſſeſsionem in-
n l. qui uniuerſas. de acq. poſſ. uitum dominum amittere, Labeo ait.[n] Modeſti-
nus. Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſia-
rum pronuntiatione iudicis accipit: quod uel con-
o l. 1. de rei iudi. demnatione, uel abſolutione contingit.[o] Vlpia-
nus. Qui pro Tribunali cognoſcit, non ſemper
tempus iudicati ſeruat: ſed nonnunquam arctat,
nonnunquam prorogat. Sed perrarò intra ſtatu-
p l.2.eo. tum tempus ſententiæ exequuntur.[p] Idem ex edi-
cto. Cuius de ea re iuriſdictio eſt. melius ſcripſiſſet,
Cuius de ea re notio eſt. Etenim notionis nomen
etiam ad eos pertinet qui iuriſdictionem non ha-
q l.5.eo. bent: ſed habent de quauis alia cauſa notionem.[q]
Idem. A diuo Pio reſcriptum eſt magiſtratibus
populi Romani: ut iudicum à ſe datorum uel ar-
r l.à diuo.eo. bitrorum ſentẽtias exequantur qui eos dederint.[r]
s d.l. Idem. Sic quoq; iudices exequentur iudicatũ, &c.[s]
Modeſtinus. Duo iudices dati diuerſas ſententias
dederũt: utranque in pendenti eſſe, donec com-
t l.duo.eo. petens iudex unam confirmauerit.[t] Paulus. Inter
pares numero iudices, ſi diſſonæ ſententiæ profe-

rantur, in liberalibus quidem cauſis, pro libertate conſtitutum obtinet: in alijs pro reo: quod & in publicis iudicijs obtinere oportet.[u] Idem. Reſcindere quidem ſententiam ſuam pręcedentem Prætorem non poſſe, reliqua autem quæ ſententiæ deſunt circa condemnandum, uel ab abſoluendum reum debere ſupplere, ſcilicet eodem die.[x] Hermogenianus. Contumacia eorum qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coërcetur. Contumaces non uidentur, niſi qui cùm obedire deberent, non obſequuntur: id eſt, qui ad iuriſdictionem eius, cui obſequi negant, pertinent.[y] Vlpianus. Proinde & ſi minor Prætor, uel Conſul ius dixerit, ſententiam'ue protulerit, ualebit. Et eodem loco. Certe ſi magiſtratum minor gerit, dicendum eſt iuriſdictionem eius non improbari.[z] Idem ex edicto. Eius'ue cuius de ea re iuriſdictio fuerit.[a] Idem. Cæterum ceſſat interdictum, & ſuccedere poterit notio Prætoris.[b] Pomponius. Iudiciales ſtipulationes ſunt, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: prætoriæ quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur. Nam & hæ à iuriſdictione ueniunt.[c] Paulus. Prætoriæ erit iuriſdictionis.[d] Venuleius. In huiuſmodi ſtipulationibus quæ Quanti ea res eſt continent, &c.[e] Vlpianus. Cuius de ea re iuriſdictio fuit, tutela permiſſa eſt.[f] Idem. Ad executionem Præſidis pertinent. Et paulo pòſt. Plectitur extra ordinem.[g] Idem ex edicto. Quicunq

u l.inter.eo.
x l.42.eo.
y l.53.eo.
z l. quidam con.eo.
a l. 1. ne uis fiat.
b l.3. de lib.exhib.
c l.5 de uerb oblig.
d l.2. de præto.ſtip.
e l.ult.de præto.ſtip.
f l.3.iudi.ſol.
g l.7. de extra.crimi.

cunque agere uolet, ei centum aureorum iudicium dabo.[h] Et poſteà. In eum ſi aliquis eo nomine agere uolet, ducentorum aureorum iudicium dabo. Martianus. Cùm hæc actio non ad rem familiarem eius, ſed magis ad ultionem pertineat.[i] Vlpianus. Quanquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, uel etiam gladij præſtituerit.[k] Martianus. Sed ſi interdiu furtum faciunt, ad ius ordinarium remittendi ſunt. Vlpianus. Ad examinationem ciuilem remittendus eſt.[m] Idem. Criminaliter, & ciuiliter furti agere.[n] Martianus. Electionem eſſe utrum quis uelit crimen expilatæ hæreditatis extra ordinem agere, an hæreditatem iure ordinario uendicare.[o] Calliſtratus. Quinquaginta aureos in publicum dari: & eius actionem ei qui uolet eſſe iubet.[p] Et hic locus arguit pœnam actionis popularis in publicum dari. Martianus. In quacunque cauſa criminis extincti, debet is cognoſcere, cuius de pecuniaria re cognitio eſt.[q] Paulus. Ordo exercendorum publicorum iudiciorum capitalium in uſu eſſe deſijt: durante tamen pœna legum cum extra ordinem crimina probantur.[r] Vlpianus. Si plures exiſtant, qui eundem accuſare publicis iudicijs uolunt: iudex eligere debet eum, qui accuſet.[s] Idem. Iudex adulterij, ante oculos habere debet, &c.[t] Idem. Lege Iulia de ui publica tenetur, qui cùm imperium poteſtatem'ue haberet, ciuem Rom. aduerſus prouocationem necauerit.

h l.2. de ſepul. uiol.
i l.6. eo.
k l.1. de abig.
m l.1. de abig.
n l.ult. de fur.
o l. 3. expila. hær.
p l.ulti. de ter. mot.
q l. 6. de pub. iudi.
r l.8. eo.
s l.16. de accu.
t l.13. de adul.

rit.[u] Martianus. Quiue magiſtratus iudexue quæſtionis,ſub capitalem cauſam pecuniam acceperit.[x] Calliſtratus. At ſi plus eos meruiſſe uideatur,quàm ex forma iuriſdictionis pati poſſunt:ut Imperatori,&c.[y] Vlpianus. Sed animaduerti gladio oportet, non ſecuri.[z] Paulus. Iudices pedanei, ſi pecunia corrupti dicantur, plerunque à Præſide, aut curia ſubmouentur,&c.[a] Papinianus. Cùm procurator Cæſaris, qui partibus Præſidis non fungebatur, in litem priuatorum ius dandi iudices non habuiſſet,fruſtrà prouocatum ab ea ſententia conſtitit quæ non tenebat.[b] Paulus. Præſes (ſi ad eius notionem pertinet) audire poteſt.[c] Vlpianus. Ab eo,cui quis mandat iuriſdictionem, non ipſe prouocabitur:ſed is erit prouocandus, qui prouocaretur ab eo,qui mandat iuriſdictionem.[d] Venuleius. Appellari à legatis Proconſulis poteſt: & ſi multam dixerit, poteſt de iniquitate eius Proconſul cognoſcere: & quod optimum putauerit, ſtatuere.[e] Modeſtinus. Dato iudice à magiſtratibus populi Romani cuiuſcunque ordinis:etiam ſi ex autoritate principis, licet nominatim iudicem declarantis,dederunt: ipſi tamen magiſtratus appellabuntur.[f] Vlpianus. Si quis tutor datus fuerit, uel teſtamento,uel à quo alio,qui ius dandi habet:non oportet eum prouocare.[g] Et hic locus quoq; oſtendit,dare tutorem iuriſdictionis nõ eſſe proprium. Macer. Illud meminerimus, ſi quæratur iudica-

u l.7. de ui pub.
x l.1.de ſicar.
y l.31.de falſ.
z l.8.de pœn.
a l.38.eo.
b l.23.de app.
c l.26.eo.
d l.1. quis à quo app.
e l.2.eo.
f l.ulti.eo.
g l.1. quan.ap.

tum ſit, nec'ne, & huius quæſtionis iudex non eſſe
h l.1. q. ſent. ſi app. reſcin. iudicatum pronuntiauerit, &c.[h] Paulus. Cum facti quidem quæſtio ſit in poteſtate iudicantium, iuris
i l.15. ad municip. autem autoritas non ſit.[i] Idem. Ea, quæ magis imperij ſunt quàm iuriſdictionis, magiſtratus municipales facere non poſſunt. Magiſtratibus municipalibus non permittitur in integrum reſtituere, aut bona rei ſeruandæ cauſa iubere poſsidere, aut dotis ſeruandæ cauſa, aut legatorum ſeruando-
k l. ea quæ. ad municip. rum.[k] Idem. Inter conuenientes & de re maiore
l l. inter. eo. apud magiſtratus municipales agetur.[l] Caius. Nec tantum municipali iuriſdictioni in utroque municipio ſubiectus eſt, uerum etiam omnibus
m l. 29. eo. muneribus publicis fungi debet.[m] Arcadius. Iudicandi quoque neceſsitas, inter munera perſona-
n l. 18. de muner. lia habetur.[n] Vlpianus. Prætor eos, quoscunque intelligit operam dare non poſſe ad iudicandum,
o l. 13. de uac. muner. pollicetur ſe excuſaturum.[o] Et poſt pauca. Qui autem non habet excuſationem, etiam inuitus iudicare cogitur. Si poſt cauſam actam cœperit ſe excuſare iudex, &c. Idem. Præſes prouinciæ de
p l. 1. de uar. cogni. mercedibus ius dicere ſolet.[p] Et poſteà. Ideoq; his extra ordinem ius dici debet. Et ibidem. Ad nutricia quoque officium Præſidis, uel Prætoris deuenit. Idem. De uſu aquæ, &c. Præſidem doceri oportere, ut is ſecundum rei æquitatem, & iuriſdi-
q l. 2. eo. ctionis ordinem, conuenientem formam rei 'det.[q] Calliſtratus. Cognitionum numerus, cùm ex ua-

rijs

rijs cauſis deſcendat,in genera diuidi facilè non po-
teſt. [r] Paulus. Verbum oportere, non ad faculta- r l.5.eo.
tem iudicis refertur, qui poteſt uel pluris, uel mi-
noris iudicare: ſed ad ueritatem refertur. [s] Vlpia- s l.37.de uer. ſigni.
nus.Pronuntiatum & ſtatutum idem dici poteſt.
promiſcuè enim pronuntiaſſe, & ſtatuiſſe eos di-
cere ſolemus,qui ius habent cognoſcendi. [t] Idẽ.No- t l.46.eo.
tionem accipere debemus,& cognitionẽ,& iuriſdi
ctionem. [u] Idem.Inter hæc uerba Quãti ea res erit, u l.99.eo.
uel Quanti eam rem eſſe paret,nihil intereſt. [x] Pau x l.179.eo.
lus.Hæc uerba Quanti eam rem paret eſſe, non ad
id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referun-
tur. [y] Idem.Multæ cõtrà,quia eius iudicis poteſtas y l.193.eo.
eſt quantam dicat: niſi cùm lege eſt conſtitutum
quantã dicat. [z] Vlpianus.Nemo poteſt gladij pote- z l.244.eo.
ſtatem ſibi datam, uel cuiuſuis alterius coërcitio-
nis, ad alium transferre. [a] Idem. Omnia quæcun- a l.70.de reg. iur.
que cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum
expediri non poſſunt. [b] Idem. Eius eſt actionem b l.72.eo.
denegare,qui poſsit & dare. [c] Paulus. Vbicunque c l.102.eo.
cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur. [d] Iulia- d l.105.eo.
nus. Factum à iudice, quod ad officium eius non
pertinet, ratum non eſt. [e] Idem. Non eſt ſingulis e l.129.eo.
concedendum,quod per magiſtratum publicè poſ-
ſet fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. [f] f l.136.eo.
Iabolenus. Non poteſt dolo carere, qui imperio
magiſtratus non obtemperat. [g] Hactenus ex Di- g l.159.eo.
geſtis, quæ ad ius dicentis officium, & iuriſdictio-

nem

nem pertinere uidebantur, exſcripſimus. Nunc adducamus Cæſarum reſcripta, & conſtitutiones, quæ in Codice Iuſtinianeo extant de eadem re. Leo & Anthemius. Sed apud ſuos iudices ordinarios, id eſt prouinciarum rectores.[m] Idem. Qui tamen præſidali iuriſdictioni ſubiecti ſint.[n] Et poſt pauca. Iudicialibus uocari ad iudicium ſententijs, non ipſos iudices ad ſubiectos deduci:ſed per iudices ab his datos ad cauſæ examinationem in locis ubi accuſati degunt, procedere. Theodoſius. De ordinario iudice ſemper illuſtris eſt cognitio præfecturæ.[o] Iuſtinianus. Tam uiri magnifici pf. Afri cani, quàm cæterorum iudicum.[p] Arcadius. Præfectus prætorio Auguſtali ordinariorum ſub ſe iudicum examinandi flagitia, habeat poteſtatem.[q] Conſtantius. Prætori hæc iuriſdictio defertur ſancientibus nobis, ut liberale negotium ipſe diſceptator examinet.[r] Leo. Nulli iudicum qui prouincias regunt.[s] Et alibi ſæpe poteſtates omnes tam urbanæ,quàm prouinciales, iudices appellantur: uti in rubrica De offic. militarium iudicum: De offi.ciuilium iudicum: Vt omnes iudices tam ciuiles,quàm militares. Theodoſius. Et omnia quæ ad iuriſdictionem Rectoris prouinciæ pertinent actitare.[t] Loquitur autem de eo qui uice præſidis eſt,uel præceptione imperiali, uel Pf. præto. Qui ab ipſis Præſidibus inſtituuntur, omnia eadem poſſunt ex nouell. præter ultimum ſupplicium, & membri

m l.omnes.C. de epiſc. & cler.

n l.iubem⁹. c.

o l.de ordinario.C.de offic.pf. præto.ori.

p l.1.de offic. pf. præto. Afri.

q l.ulti.de offic.pf. Aug.

r l.1.C.de offic.præto.

s l. nulli. de offic. recto. pro.

t de offi.eius q.uice.l.2.

membri abſciſsionem.[u] Alexander. Procuratores meos multæ indicendæ ius non habere, ſæpe reſcriptum eſt.[x] Valentinianus. Si quis de tenuioribus rebus, uſque ad quinquaginta ſolidorum ſummam, defenſorem interpellandum putauerit, &c.[y] Et paulo pòſt. Defenſores nullas inferant multas: ſeueriores quæſtiones non exerceant.[z] Seuerus & Antoninus. Si poſt decretū Prætoris uiri clariſsimi, qui fideicommiſſariam libertatem deberi pronuntiauit, &c.[a] Gordianus. Ab eo cuius iuriſdictio eſt conſuli debet.[b] Alexander. Præſidis prouinciæ notio eſt.[c] Iuſtinianus. Cum ſcimus eſſe dubitatum de reſtitutionibus, ſiue tantummodo apud iudicem, cui aliqua iuriſdictio eſt, examinari oportet: ſiue apud pedaneos iudices. Et poſteà. Sancimus non ſolum apud iudices pro tribunali, huiuſmodi cauſæ cognitionem proponi, ſed etiam apud eos iudices quos Auguſtalis maieſtas dederit, aut noſtræ Reipublicæ admiuiſtratores, uel in hac regia urbe, uel in prouincijs: ut uideatur qui iudicem deſtinauerit pro tribunali cognoſcens, in integrum reſtitutionem, & cauſas eius examinare. Et paulo pòſt. Sed ne quis ità effuſè, &c. uel apud eos qui dantur à iudicibus qui propriam iuriſdictionem non habent; ſed tantummodo iudicandi facultatem, putet huiuſmodi extendi ſanctionem: hos tantum uolumus tales cauſas dirimere, qui uel certæ adminiſtrationi, cui iuriſdictio adhæret, prepoſi

u auth. de col la. coll. 9.
x l. 2. de mod. mul.
y l. 1. de defen ſo. ciui.
z l. 5. eo.
a l. 1. ſi aduer. liber.
b l. 2. eo.
c l. 2. ſi aduer. fiſc.

d l.ulti.ubi et ap.quem. præpoſiti ſunt, uel ab his fuerint dati.[d] Hîc dubi-
tes, utrum eum cui mandata iuriſdictio alibi dici-
tur,iudicandi tantum facultatem habere dicat Iu-
ſtinianus:an datos à Principe iudices intelligat,qui
dare iudices poſſunt, nec iuriſdictionem habere
ullo modo dicuntur:cùm ij quibus iuriſdictio man
detur, habeant iuriſdictionem alienam, uel alie-
e l.1. C.qui ꝑ ſua iuriſd.l. more.de iu riſd.ff. no beneficio.[e] Illud conſtat ex hoc loco, mandari
quidem à magiſtratibus cauſam reſtitutionis ſem-
per potuiſſe, licet magiſtratibus municipalibus
f l.ca.ad municip.ff. non competiuerit.[f] Alexander.In integrum reſti-
g l.2.de reſtit. milit. tutio, perpetua iuriſdictione permittitur.[g] Dio-
cletianus. In contractibus qui bonæ fidei ſunt,
etiam maioribus officio iudicis cauſa cognita, pu-
h l.3. ex quib. cau.in inte. blica iura ſubueniunt.[h] Theodoſius. Nulli prorſus
non impetratæ actionis, in maiore, uel in minore
i l 2.de form. iudicio agenti, exceptio opponatur.[i] Gordianus.
A iudice iudex delegatus, iudicis dandi poteſta-
tem non habet:cùm ipſe iudiciario munere funga-
k l.à iudice. de iudi. tur:niſi à Principe iudex datus fuerit.[k] Iuſtinia-
nus.Omnibus iudicibus licentiam præſtamus. ſiue
ijs quibus à noſtro numine lites mandantur, uel ijs
qui ex noſtris iudicibus lites delegandas accipi-
unt,executores remouere, uel etiam multis affice-
l l.2.de ſport. re, &c.[l] Diocletianus. Placet nobis Præſides de ijs
cauſis,de quibus quòd ipſi non poſſent cognoſcere,
pedaneos iudices antehac dabant, notionis ſuæ
examen adhibere:ità tamen ut ſi uel propter occu-
pation

pationes, &c.[m] Ex quo loco apparet diminui iudicia præſidum, ſi non poſsint ipſi cognoſcere, de quibus conſueuerunt iudices dare:& cauſas ſtatus per pedaneos non poſſe diiudicari. Iulianus. Quædam ſunt negotia, in quibus ſuperfluum eſt moderatorem expectare: ideoq; pedaneos iudices conſtituendi, damus iudicibus poteſtatem.[n] Theodoſius. In cauſarum delegationibus, ità conſultiſsimè præcipimus obuerſari, ut ità ualeant, ſi ad iuriſdictionem pertineant delegantis.[o] Valens. Generali lege decernimus, neminem ſibi eſſe iudicē, uel ius ſibi dicere debere. In re enim propria iniquum alicui ius tribuere ſententiæ.[p] Anaſtaſius. Periniquum eſſe perſpicimus, eos qui profeſsiones exercent, iudicum ad quos eæ profeſsiones pertinent, iuriſdictionem & præceptionem declinare conari.[q] Diocletianus. Nec enim iuriſdictionis forma, ob autoris perſonam debet immutari.[r] Iuſtinianus. Apud iudicem, cui aliqua iuriſdictio eſt, ſiue apud pedaneos iudices.[s] Decius. Procuratores noſtros, ſtatus cauſas non poſſe examinare, omnibus notum eſt.[t] Seuerus & Antonius. Cum ex cauſa fideicommiſsi, ſecundum Prætoris decretum in libertate morati ſitis.[u] Iuſtinianus. Magnitudo etenim & autoritas centumuiralis iudicij, &c.[x] Iuſtinianus. Antiquæ iuriſdictionis retia, & difficilimos nodos reſoluentes, &c.[y] Gratianus. Liceat cum ſua domo iuriſdictionē eius euitare. Et poſteà.

m l.2.de peda.
n l.ulti.eo.
o l. 1. qui pro ſua iuriſd.
p l. 1. C. ne q. in ſua cau.
q l.ulti.de iuriſd.
r l.1.ubi in rē act.
s C.ubi & ap. quem cog.
t l.2.ubi cau. ſtat.
u l.4.de inoſ.
x l.ult.de pet. hæred.
y l. antiquæ. ad Velleia.

Et

Et quidem ſi hæc prauitas ordinarij iuris erit, uniuerſa domus ratio, atque omnia tam ciuilia, quàm criminalia negotia, uicario competant.[z] Gordianus. Eſt iuriſdictionis tenor.[a] Conſtantius. Decernimus ut apud quemlibet iudicem, uel etiã apud Duumuirros, qualiſcunque teſtatio amplectendæ hæreditatis oſtendatur.[b] Alexander. Sumptus circa iter in litem uocati fecerunt.[c] Litem pro cauſa criminali dixit. Conſtantinus. Pœna paricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alij pœnæ ſubiugetur.[d] Gordianus. Non ualet procuratoris ſententia, qui uicem Præſidis non tueatur, qui legi Flauiæ locum eſſe pronuntiauit: cùm eius legis diſceptatio, ad Præſidis prouinciæ pertineat notionem.[e] Alexander. Cuius ueniam Ampliſsimus ordo, uel DD. Principes rarò dederunt.[f] Valent. Tunc iudex prouinciæ, à Tribuno militum auxilium poſtulet: ut per militarem manum correpti accuſati, &c.[g] Iuſtinianus. Criminales cauſas intra duos annos à conteſtatione litis, finiri cenſemus.[h] Idem in nouell. Et horum ſubiacere iuriſdictioni, &c. omnem eis poteſtatem damus.[i] Loquitur autem de cauſis criminalibus, & ciuilibus. Et inibi. Nemo prohibeatur apud defenſores agere quædam monumenta in quibuſcunque uoluerit, præter ea ſola quæ iuriſdictione agent, & ex ipſa iudicum autoritate pendent. Et poſteà. Et iudicare in cauſis omnibus pecuniarijs uſque ad trecent

z l.1.ſi quacũ. prædi.po.
a l.2.C.de bo. aut.iudi.
b l.ult.qui admit.
c l.3.qui accu.
d de iis q.pa-ren.l.1.
e l.4.ad l.Fla.
f de iis q.ſibi adſcrib.l.3.
g l.2.de iis q. latro.
h l.ulti.ut int. cer.temp.
i auth.ut iud. ſine quoq.

trecentos aureos, &c. Audient & leuiora crimina, & caſtigationi competenti, &c. Idem. Sit tibi tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire. Et poſt multa. Homicidia uerò, adulteria, &c. punire. [k] Idem. Vnuſquiſque in qua prouincia pecuniarum, aut criminum reus ſit, illic & iuri ſubiaceat. [l] Idem. Sedebunt autē hi pedanei iudices, &c. Et poſteà. Audient autem omnes litem quidem uſque ad trecentos ſolidos. [m] Ex Inſtitutionibus. Apud conſilium, iuſta cauſa manumiſsionis probata, &c. [n] Apud competentes iudices, uel magiſtratus parentes intrent. [o] Secundum ſuam iuriſdictionem tutores crearent. [p] Prætoriæ ſunt quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit. [q] Iudiciales ſunt quæ ex mero iudicis officio proficiſcuntur: prætoriæ quæ ex mero Prætoris officio proficiſcuntur. [r] Cum enim Prætor uel iudex non iure contra quem pronuntiat. [s] Nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) &c. [t] Obſeruare debet iudex ne aliter iudicet, quàm legibus, conſtitutionibus, uel moribus conſtitutum eſt. Officium iudicis, &c. [u] Ex ſua iuriſdictione comparatas Prætor habet. [x] Ita Prætor ius dicit, ut quicquid in his mercibus erit, id inter dominum, & cæteros creditores pro rata diſtribuatur: & ideo tributoria uocatur, quia ipſi domino diſtributionem Prætor permittit. [y] De imperio hæc amplius apud iuris autores obſeruabis: quæ

k de manda. prin.
l ut om.obe. iud.prouin.
m de iudicib.
n §.eadē. quibus ex cau.
o §.præterea. quib. mod. ius patr.po.
p §.ſed hoc. de attil.tut.
q de oblig. in princ.
r de diui.ſtip.
s de iniur.
t §.ulti.de interd.
u de offi.iud.
x de act.§.ſed iſtæ. & ſeq.
y quod cū eo q.in ali.

ſeparatim deſcribenda putaui. Vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluoq; more maiorum, ius dicere conſtituit.[z] Vtpote cum lege Regia, quæ de imperio eius lata eſt, populus ei, & in eum, omne imperium ſuum, & poteſtatem conferat.[a] Aut Principis autoritate, aut magiſtratus imperio. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt.[b] Et ideo maius imperium habet in ea prouincia omnibus poſt Principem.[c] Proconſul portam Romæ ingreſſus, deponit imperium.[d] Præfectus Aegypti non prius deponit Præfecturam, & imperium.[e] Præſes in ſuæ prouinciæ homines imperium habet. Habet interdum imperium & aduerſus extraneos.[f] Præſes prouinciæ maius imperium in ea prouincia omnibus poſt Principem.[g] Sed merum imperium, quod lege datur, non poſſe tranſire. Imò imperium, quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione tranſire uerius eſt.[h] Non tamen pro ſuo imperio agit.[i] Mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium, quod non eſt merum, uidetur mandari.[k] Imperium aut merum eſt, aut miſtum. Merum imperium eſt habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur. Miſtum eſt imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt.[l] Iubere cauere prætoria ſtipulatione, & in poſſeſsionem mittere, magis eſt imperij quàm iuriſdictionis.[m] In ius uocare

non

z l. pe. de iuſt.
a l. 1. de conſti. prin.
b l. 2, de adop.
c l. 8. de offic. proconſ.
d l ulti. eo.
e de offic. pf. Augu.
f l. 3. de offic. præſid.
g l. 4. eo.
h l. 1. de offi. c.
i l. 3. eo.
k l. ulti. eo.
l l. 3. de iuriſd.
m l. 4. eo.

non oportet,neque Conſulem,neque Præfectum, neque Prætorem,neque Proconſulem, neque cæteros magiſtratus, qui imperium habent, & qui coërcere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci.[n] Quoniam in hoc imperium non habet.[o] Nam magiſtratus ſuperiores, aut pari imperio qui ſunt,nullo modo poſſunt cogi.[p] Neque autem imperare ſibi, neque prohibere quiſquam poteſt.[q] Item hi quibus conceſſum eſt, propter uim imperij:ſicut Præfectus urbi, cæteriq; Romæ magiſtratus.[r] Actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſsit, ſi modò ius imperandi habuit.[s] Idonei teſtes non uidentur, quibus imperari poteſt ut teſtes fiant.[t] Quod iuſsit, uetuitq; Prætor, contrario imperio tollere poteſt.[u] Qui ſine imperio, aut ſine poteſtate ſunt magiſtratus.[x] Quò quis magiſtratus populi Rom. qui'ue imperium poteſtatem'ue habet, occidatur.[y] Qui cum imperium poteſtatem'ue haberet,ciuem Rom.aduerſus prouocationem necauerit.[z] Ea quæ magis imperij ſunt quàm iuriſdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt.[a] In perſona magiſtratus, imperium.[b] Prætoris imperium annuum erat.[c] Hæc breuiter à nobis deſcripta, & ad noſtram ſententiam firmandam, & ad eorum qui in alia omnia eunt, refellendam, apud æquos iudices, quibus hæc cognita perſpectaq; ſint,ſufficere putamus.Nihil enim pretermiſimus in his ſcriptoribus, ad noſtrum argumētum

n l.2.de in ius uoc.
o l.3.de arb.
p l.4.eo.
q l.pen.eo.
r l.cum prætor.de iudi.
s l.37. ad leg. Aquil.
t l.idonei. de teſtib.
u l.quod iuſſit. de re iu.
x l.nec.de iniur.
y l.1. ad l. Iul. maieſt.
z l.7.de ui pu
a l.ea. ad municip.
b l.poteſta.de uerb.ſig.
c Inſtitut. de perp.act.

pertinens, quod his ſimile non ſit. Hos autem potiſsimùm delegimus, quòd non ſolum in alijs ſtudiorum doctrinis, ſed in iure ciuili etiam, & adminiſtranda rep. excelluiſſe ex annalibus conſtet: Ex his igitur Primùm apparet, priuatorum etiam hominum iuſtum, deinde magiſtratuum poteſtatum'ue, omnem poteſtatem, quæ priuatis data non

a l. et ſi. de off. eo. l. ulti. de offi. procõſ. l. poteſta. de uerb. ſign.

eſt, imperij generali appellatione contineri: [a] ſiue ea in extraiudicialibus, ſiue in animaduerſione criminum, ſiue in iure dicundo de cauſis priuatis, & ciuilihus, conſiſtat. Sed huius imperij ea particula, quæ in cognoſcendis, iudicandiſq́; priuatis cauſis, & ciuilibus uerſatur, iuriſdictio anguſtiſsima uer-

b l. 4. de iuriſd.

bi huius ſignificatione, appellata eſt: [b] quod reliquum eſt, imperium, contracto uerbo, dictum: uti in alijs pleriſque in iure ciuili obſeruamus. Imperium hoc, aliud extraiudiciale eſt omnimodo, ut

c l. ſi in aliq. de offi. proconſ.

in militaribus rebus, & ſartis tectis exigendis: [c] aliud iuridiciale quod ad edicta, decreta, cognitiones magiſtratuum, & iudicia quibus maleficia puniuntur, ferè pertinet. Et hoc quidem poſterius imperium, iuridiciale appellamus, quod generaliter ius dicere, & de capite, & de rebus priuatis dicamur, neque ſolum cum iudicamus, de facto prius cognoſcentes, non ſolùm de iure, ſed etiam cum decernimus, uel edicta proponimus iuriſdictionis perpetuæ cauſa. Et in his omnibus iuriſdictio, latiſsima huius uerbi ſignificatione, conſiſtit: quæ publi

publica iuris dicundi poteſtas, non malè definitur, ſi ius dicere, latè in ea definitione uſurpes. Qui enim præeſt magiſtratus, poteſtas'ue, ius dicit, uel populo edicendo, uel ſingulis decernendo, & iudicando: ſiue ipſe cognoſcat, & iudicet de conſilij ſententia, ſiue det iudicium, & iudices, qui dijudicent cauſas priuatas, in priuatis iudicijs. Nam & qui publicum iudicium exercet magiſtratus, iudex'ue quæſtionis, & qui centumuirali haſtæ præeſt, conſilium'ue alioqui exercet, manumittit, emancipat, adoptat: quiq; decernit cauſa cognita, aut de plano dat bonorum poſſeſsionem, qui mittit in poſſeſſionem, qui'ue iudicium dat, & iudices, aut ipſe dijudicat, ius dicere generaliter dicitur. Nihil enim aliud eſt ius dicere, quàm quod legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, edictis, decretis Principum ſanctum eſt, uel publicè, uel priuatim poſtulantibus reddere. Parum nanque eſt ius in ciuitate eſſe, autore Pomponio, niſi ſint qui iura reddere poſsint:[d] quò & edicta perpetua ſpectant, quæ in hoc proponuntur, ut ſciant ciues, quod ius de qua re quiſque dicturus ſit. Sed imperium iuridiciale rurſus in duo genera diſcedit, merum imperium, & miſtum.[e] Merum imperium appellatum eſt, quòd purum & abſque iuriſdictione de re priuata, & ciuili eſt, quæ propriè iuriſdictio primùm appellata eſt: & quidem paulò latiore uerbi Iuriſdictionis appellatione, quàm ſuprà ex Paulo dixi.[f]

d l.2.de orig. iur.

e l.3.de iuriſd.

f d.l.4.eo.

Non enim ſolum in iudicando iure magiſtratus de cauſis priuatis, ſed etiam in decretis interponendis iure magiſtratus, atque adeò ſpeciali iure de negotijs ciuilibus, conſiſtit iuriſdictio. Miſtum imperium ergo eſt, imperium cui etiam eiuſmodi iuriſdictio ineſt, nimirum de re priuata, & ciuili negotio. Licet enim de capite ius dicatur, non tamen poſtulanti, ſed in reum ius redditur: ut meritò contrahatur iuriſdictionis appellatio ad eam, qua alicui in aliquem ius dicitur de re priuata, & ciuili negotio: uti actionis uerbum ad eam, qua quiſque perſequitur, quod ſibi debetur ciuiliter:[g] quamuis interdum latius hoc uerbi uſurpetur, & accuſationem maleficij complectatur. Et hæc quidem interpretatio nunc placet, & quod Haloandri lectio incerta adhuc ſit,[h] & quòd hæc ſententia quamminimùm recedat à præiudicata Petri, & Bartoli opinione: & ſi in commentarijs ad τὰ πρῶτα, & in lib. ſingulari Manualium ad eandem partem Digeſtorum, Haloandri lectionem defendi poſſe oſtenderim: nec quicquam à nobis ex tam multis ſcriptoribus aduocetur, quod ei repugnet: & Accurſio, Cyno, & Baptiſtæ Seuerinati, ea interpretatio placeat. Nam uerbum merum imperium apud Paulum ſupraſcripto tantùm loco, Papinianum libro primo quæſtionum, & neſcio quem Feneſtellam reperitur: quod tam rebus priuatis ſpecialiter tributis, quàm capitalibus rebus accom

g inſti. de pu. iud. in prin.

h d. l. 3. in fin. de iuriſd.

accommodes, ſi iuriſdictionem in definitione miſti imperij, ad eam coanguſtes, quæ more maiorum competit magiſtratibus, non quæ lege, s. c. uel conſtitutione deferuntur.[i] Etenim omne officium iuriſdictionis, mandata iuriſdictione tranſire dicitur,[k] & Prætor omnem iuriſdictionem, uel uniuerſam, rectè mandat:[l] qua mandata, non tranſeunt ea, quæ nominatim tribuuntur. Nec ex Cicerone, aut alijs apparet, iuriſdictionem latiùs patuiſſe, quàm pro ea, quæ iure magiſtratus competit ei, qui poteſtatem iuris dicundi generaliter ſortitur: cum centumuiralia iudicia non eidem Prætori ſorte contigiſſe, cui priuata iudicia, uerisſimile ſit. Sed in re dubia ſequamur quod pluribus placuit, & totum officium iuris dicendi, totamq́; uel uniuerſam iuriſdictionem tranſire interpretemur ex ſententia ſcribentis prӕterquàm quod ſpecialiter tribuitur:[m] uel quod eſt uerius, totam iuriſdictionem ſimplicem, &c. Anguſtiſsima igitur iuriſdictionis appellatio apud Paulum,[n] edicta perpetua, decreta, cognitionem magiſtratus, & id genus alia, quæ miſti imperij ſunt, quæq́; iure poteſtatis à magiſtratu expediuntur, excludit: & ad ea duntaxat pertinet, quæ legis actione priuato iudicio apud iudicem diſceptantur. Edicta enim & decreta, quibus bonorum poſſeſsio datur, mittitur in poſſeſsionem, iubetur caueri legatorum nomine, reſtituitur in integrum, & huiuſmodi alia, quæ

i l. 1. de offi. e

k l. 1. de ſuſp. tut.

l l. ſolet, & ſeq. de iuriſd.

m arg. l. obligatione. d pig.

n d. l. 4.

magis imperij, quàm iuriſdictionis eſſe Paulus ſcribit, iudicia propriè non dicuntur: & ideò nec quaſi iudex, uel ius dicens, magiſtratus, aut cui mandata iuriſdictio eſt, hæc expedit, ſed imperio ſuo miſto, quod ad iuriſdictionem ciuilem ita pertinet, ut iuriſdictio ei ineſſe dicatur, & iuriſdictionis etiam appellatione contineatur, paulò latiore uerbi ſignificatione. Non enim iuriſdictionis eſſe Paulus negat, ſed magis imperij eſſe adfirmat:[o] quæ & iuriſdictioni cohærere idem dicit, ſed non omnia quibus iuriſdictio ineſt, quæ'ue miſti imperij ſunt, ſed ea duntaxat, ſine quibus ius dici de ciuili re non poteſt. Quamobrem data iuriſdictione priuato, imperium ei conceſſum uidetur ad coërcendum eum qui uocatus in ius non uenit:[p] non item ad dandam bonorum poſſeſsionem, ad iubendum ut legatorum nomine caueatur, & alia huiuſcemodi, quæ iuriſdictioni ſimplici & puræ cohærere nō uidentur, ut modica coërcitio. Quanquam lege noua Iuſtiniani, reſtitutio integri, mandata generali iuriſdictione concedatur,[q] non ſolum cùm ſpecialiter mandatur. Cætera miſti imperij quæ iuriſdictioni ſimplici non cohærent, ſpecialiter quidem mandari poſſunt,[r] niſi lege, s.c. uel conſtitutione tribuantur nominatim:[s] ſed mandata generali iuriſdictione, non tranſeunt. Et hoc quidem uerius mihi uidetur, quàm ſi à reſtitutione integri, ad cætera miſti imperij, argumentum ducam

o d.l.4.

p l.2. de iuriſd.

q l.ulti. C.ubi & ap.q.

r l. cognitio. de offic.co.

s l.1.co.

ducamus,[t] in quibus eadem ratio non uidetur. Dare bonorum poſſeſsionem, prætorium eſt, licet agnoſci apud quemlibet iudicem, & duumuiros poſsit, ne cedat tempus præſtitutum: quod & Bartolus probabiliter ſcriptum reliquit.[u] Non ignoro dici poſſe, imperium miſtum cohærere iuriſdictioni ſimplici, & omne miſtum imperium tranſferri mandata generali iuriſdictione, niſi ſpecialiter tribuatur: quò ſpectat quod ad finem commentarij cap. v. de offic. eius cui mandata eſt iuriſd. à nobis ſcriptum eſt. ſi quis in miſti imperij definitione, tertiam ſignificationem magis probet, equidem non repugno. Pro iuriſdictione de ciuili negotio, id uerbi in eadem definitione accipi ex uulgari lectione eodem loco oſtendi: etſi ex Haloandrinis libris magis pro iuriſdictione, quæ iure magiſtratus competit, uſurpari defendam. Vulgarem lectionem in edicti compoſitione ſecutus ſum. Quæ meri imperij ſunt, quæ'ue alioqui lege s. c. &c. Iuriſdictionem accipi pro ciuili, uel ſi quis mallet, pro ſimplici, illis uerbis ad edictum ſignifico, Miſtum imperium cui iuriſdictio ciuilis ineſt, uel quod iuriſdictioni cohæret, ut dare bonorum poſſeſsionem, quod cohæret iuriſdictioni ex interdicto Quorum bonorum. Sed uerius eſt quod paulo antè ſcripſi. Illud inter omnes conuenit, generali iuriſdictionis appellatione non ſolùm priuatarum controuerſiarum iudicia, ſed etiam

t d. l. ulti. C. ubi & ap. q.

u l. ulti. qui adm. ad bo. poſſ.

rerum capitalium, & criminum omnium quæſtiones, contineri. Iuriſdictio enim, ius dicere, iudex, iudicare, & iudicium, coniugata ſunt. Iudicij, inquit Cicero, finis ius eſt, ex quo etiam nomen: iuris autem partes tum expoſitæ, cùm æquitatis: ut mirum ſit, cur ex doctis nonnulli iuriſditionem, non iuriſdictionem ſcribendum exiſtiment. Quid ego, inquit Cicero, iſtius in iure dicendo libidinem commonſtrem? quis ueſtrum ex urbana iuriſdictione non cognouit? ſic idem ſæpe, & iureconſulti: Vt ſi ſupra iuriſdictionem ſuam ius dicere uelit.[x] Is uidetur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum eſt in iuriſdictione non fecit.[y] Sed quid ego ſoli lumen addo? ſæpius ad factum, id eſt iudicium, iudicationem'ue, quàm ad ius, id eſt poteſtatem iuris dicendi, iudicandi'ue, tam apud iureconſultos, quàm alios ſcriptores, hoc uerbi ſpectat: quod iuriſditioni non conuenit. Suetonius Tranquillus Iulium de rebus capitalibus quoque ius dixiſſe, hiſce uerbis ſcriptum reliquit: Ius laborioſiſsimè & ſeueriſsimè dixit: repetundarum conuictos, etiam ordine ſenatorio mouit. Et Auguſtum: Dixit autem ius non diligentia modo ſummà, ſed & lenitate. Siquidem manifeſti parricidij reum, ne culleo inſueretur, quòd non niſi confeſsi afficiebantur hac pœna: ita fertur interrogaſſe, certè patrem tuum non occidiſti? Idem in Claudio. Ius laborioſiſsimè dixit. Nec

x l. ulti. de iuriſd.

y l. 1. ſi quis ius dic.

ſemper præſcripta legum ſecutus, &c. Nam & ijs qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, actiones reſtituit: & in maiore fraude conuictos, ad beſtias condemnauit. Quid Cicero? Num poſt Verris crimina iuriſdictione in ciuili, & ſartis tectis exigendis, uelut ad iuriſdictionem pertinentia publica iudicia Verris ſubiecit? Atque etiam, inquit, publicum in prætura iudicium exercuit.[z] Et lib. III. poſt crimina ſimiliter iuriſdictionis ciuilis. Iam uerò, inquit, in rerum capitalium quæſtionibus, &c. Quo libro Aſconius de iuriſdictionis criminibus dixiſſe Ciceronem autor eſt: & ad librum tertium, librũ eundem quartum de iure dicendo editum à Cicerone ſcribit. Nec ad rem pertinet, quòd lib. VII. de ſupplicijs ſcriptum à Cicerone dicat. Nam eo libro non de criminibus Verris in cognoſcendo, & iudicando de rebus capitalibus, ſed de criminibus circa ſupplicia, nunc irrogata innocentibus indicta cauſa, nunc damnatis remiſſa, Cicero dixit. Quid quòd iudex, iudicare, & iudicium nihilominus ad capitales quæſtiones, quàm ad priuatas controuerſias pertineant? Aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum gratia, omnia iudicia reperta ſunt, inquit Cicero.[a] Idem de rebus cognitis & iudicatis à Verre, finem ſe facere dicendi ſcripſit poſt capitalia iudicia Sopatri, & Sthenij. Eodem modo frequenter lib. II. in Verr. Marcelli-

z lib. 3.

a pro Cæcina.

nus quoque lib.x x i. Mamertino tum iudicante, inquit, Nigrinus exuſtus eſt uiuus. Cicero pro Cluentio, C. Iunium quæſitorem, & capitalibus rebus præſidentem, iudicem quæſtionis uocat, & Curtium lib.i i i in Verrem: ſic Martianus ad Legem Corneliam,[b] locutus eſt. At quid ego plura aduoco teſtimonia? cùm præſertim in oculis omniũ ſit Papiniani locus ex lib. i. quæſtionum? Et ideò, inquit, uidentur errare magiſtratus, qui cum publici iudicij habeant exercitionem, iuriſdictionem ſuam mandant.[c] Exercitionem iudicij, Papinianus Prætori iudici quæſtionis attribuit, ut Cicero non uno in loco. Pro Archia. Hoc Prætore exercente iudicium. Et in Verrem.[d] Atque etiam in prætura iudicium publicum exercuit. Erant autem Prætores, qui in urbe deſignati ſortiebantur exercitionem publicorum iudiciorum, alius de pecunijs repetundis, lege Acilia, alius de ui, alius de adulterijs, lege Iulia &c. Id quod ex locis ex lib.i i in Verrem prolatis, manifeſto conſtat: Cùm prætores deſignati, inquit, ſortirentur, & M. Metello obtigiſſet, ut is de pecunijs repetundis quæreret. Quo modo & idem Cicero pro Murena loquitur, & Papinianus, lege Iulia de ui, nominatim cauetur, ut is cui obtigerit exercitio poſsit eam ſi proficiſcatur, mandare. Pomponius quoq; Cornelium Syllam quæſtiones publicas conſtituiſſe ait, & quatuor Prætores adieciſſe:[e] nimirum ut is eſſet Romæ

Prætor

b l.i. ad l. Cornel. de ſic.

c l.i. de offi. c.

d lib.3.

e l.2. de orig. iur.

Prætorum numerus, qui partim rebus urbanis, partim prouincialibus præeſſent : partim rebus priuatis, partim publicis quæſtionibus:id quod & Cicero pro Murena, collata huius, & Sulpitij prætura, ſignificat:Murenæ iuris dicundi ſortem fuiſſe, Sulpitij quærendi de peculatu, ſignificans. Quo in loco iuris dicundi ſortem, ad iuriſdictionem de re priuata retulit, ut Papinianus. Cum aliâs iuriſdictio etiam à Præſente mandetur:Et deinde. Verius eſt more maiorum iuriſdictionem quidem transferri:ſed merum imperium quod lege datur, non poſſe tranſire.Et Paulus.Imò imperium quod iuriſdictioni cohæret mandata iuriſdictione tranſire, uerius eſt. Caſsiodorus de poteſtatibus prouinciarum loquens, ſolam iuriſdictionem eis tribuere ubique uidetur, quibus imperium merum dabatur. Et ex his ſatis iam patet iuriſdictionis latiſsima appellatione, rerum capitalium cognitionem, & iudicationem contineri. Nunc oſtendendum mihi eſt, edicta quæ populo ſcribuntur à Prætore, non ſolum perſonalia:item decreta, & iudicia priuata, ad iuriſdictionem omnia pertinere, atque adeò iuriſdictionis uerbo ſignificari. Nam ut Prætor factus eſt, ſortem nactus eſt, inquit Cicero, urbanæ prouinciæ: qui principio qualis in edicto conſtituendo fuerit cognoſcite.[f] Ecce qui de criminibus Verris in iure dicendo propoſuit dicere, ab edictis incipit. Et poſtea. Omnes anteà ita ius dixiſſe

f libro 2. in Verr.

dixiſſe, & hoc uetus edictum, tralatitiumq; eſſe. Et lib. IIII. de criminibus eiuſdem in iuriſdictione Sicilienſi, ſimiliter edicta, decreta, iudicia, ordine notat. Eiuſdemmodi, inquit, totum ius prætorium, eiuſdemmodi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre Prætore. Decreta eiuſmodi, &c. Iudicia eiuſmodi, &c. An hoc dubitabit quiſquam, quin is uenalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta uendiderit? & quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octauium Ligurem ob ius dicendum popoſcerit? Eodem lib. Quid enim debuit Prætor cum compeiſſet ſuum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi cauſa pecuniam accepiſſe? Ecce crimina Verris in iuriſdictione, cuius uoluntate comes, ob corrumpendum ius, id eſt edictum, decretum, iudicium, pecuniam accepit. Iuſtinianus quoque non ſemel teſtatur, obligationes, & actiones Prætorias, ex iuriſdictione Prætorum deſcendere,[d] id eſt ex edictis Prætorijs (nam aliter interpretari non licet) & conſultus ædilitias ſtipulationes, à iuriſdictione uenire,[e] hoc eſt ex decreto magiſtratuum. Legis uerò actiones in manumiſsionibus, adoptionibus, emancipationibus, ad iuriſdictionem uoluntariam referri, non ſolùm ex iure ciuili,[f] ſed ex Marcellino lib. XXII. conſtat. Mamertino conſule, inquit, ludos edente, manumittendis de mo

d §.1. de obli. §. ſed iſtæ. & §§. ſeq. de act.

e l 5. de uerb. oblig.

f l.2. de offic. proconſ.

de more introductis, ipſe lege agi dixerat, ut ſolebat: ſtatimq; admonitus iuriſdictionem eo die ad ſe non pertinere, &c. Quinimò & tutoris datio, quamuis neque imperij propria ſit, neque iuriſdictionis: à ius dicentibus tamen Præfecto urbis, & Prætore, ſecundum iuriſdictionem ſuam dari tutores ſolitos, Iuſtinianus ſcribit:[g] & Vlpianus ad officium ius dicentis refert,[h] etſi iuriſdictionis proprium non ſit, aut imperij iuridicialis: quandoquidem & priuati tutores dare poſſunt, qui tale imperium non habent.[i] Dare bonorum poſſeſsionem, in poſſeſsionem mittere, iubere ſatiſdare: item dare iudices, & iudicium, decernere eſt: & iuriſdictionis ſunt omnia. Nam Cicero pro Quintio, Dolabellam dicit decreuiſſe ut ſatiſdaretur iudicatum ſolui, & lib. III. in Verr. de danda bonorum poſſeſsione ex edicto loquens, decretum identidem profert. Quanquàm iureconſulti, Cùm de plano quid decernitur ex edicto, decretum propriè non putant eſſe: ſed cum pro tribunali cauſa cognita decernitur:[k] nimirum edictalem appellantes bonorum poſſeſsionem, quæ ex edicto detur de plano: decretalem, quæ cauſa cognita pro tribunali duntaxat decernitur. ſed apud eoſdem decretum làtius interdum uſurpatur, ut apud Ciceronem. Etenim quicquid Prætor, uel Præſes ſtatuit de re pecuniaria, ſiue iubeat cauere, ſiue mittat in poſſeſsionem, ſiue interdictum reddat, aut iudic

g §. ſed hoc. de Attil. tu.
h l. 1. de iuriſd.
l. 3. iudi. ſol.
i l. muto. de tutel. l. ubi. de tut. da.
k l. 3. de bon. poſſeſ. l. nec quicquã. de offi. procõſ.

iudicium, ſiue iudicet ipſe, & ſententiam ferat, decretum appellant.[m] Et ideò Cicero omnem iuriſdictionem complexus, iuris, decreti, iudicij corrumpendi, dixit:& alibi, edicta, decreta iudicia. Quibus in locis iudicia data à Prætore intelligit, certaq; uerborum formula conſtituta;ex qua alius etiam iudicat: & decretum coanguſtat. Alibi Iudicatum dicit,[n] de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum. Et ibidem. Ea ſæpe diuerſa ſunt, ut aliud, &c. Et fit ut de eadem re ſæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit. Quod genus M. Druſus Prætor Vrbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit: Sext. Iulius non reddidit Viden' hoc loco, dare iudicium, ad decretum, non ad iudicium, iudicationem'ue referri? Sequitur enim apud eundem, exemplum de diuerſa ſententia iudicantium. Item C. Cælius iudex abſoluit iniuriarum, &c. Porrò cum decernit Prætor, ius dicere dubium non eſt: ut pro Quintio Prætor iuſsiſſet: opinor ſi uellet, ſi ualeret, ſi ius diceret. Et pro Flacco. In tam uaria iuriſdictione tam multa decreta: Et hoc quidem loco totam iuriſdictionem Flacci, decreti uerbo complectitur, quod Prætor rarius ipſe ius redderet iudicando, auditis facti probationibus. Epiſto. x v i. Si ea decreta conſulum, &c. Et poſteà. Quin decreta conſulum, quorum & lege, & s. c. cognitio & iudicium fuit, conſeruet. Et epiſto. ſeq. de cognitione, decreto, iudicio

m l. 7. de dãn. inf. l. 1. de tabu. exhi. l. 3. ne uis fiat ei q. l. 1. qđ quiſq. iur. l. Aemili⁹. de mi. l. ſi prætor. de iud. & ſi.

n lib. 2. ad Herennium.

cio conſulum, paſsim cum ſcribit,ſignificat decretum nunc iudicium conſulum eſſe,nunc iudicium ſpeciali ſignificatione, aliud quiddam dici. Eos quoque Prætores, qui centumuiralibus iudicijs præſident, ius dicere, ex Suetonio in Veſpaſ. (ut cætera omittam) manifeſtum:Intercapedine (inquit) iuriſdictionis, &c.ſatis eſt enim leuiter,incipientibus demonſtrare, quemadmodum loca ſuprà à nobis deſcripta ex diuerſis ſcriptoribus ad probandam noſtram ſententiam accommodentur. Illud nunc ſeſe probandum offert, imperium magiſtratus in iure dicendo, aut merum eſſe, aut miſtum: & merum imperiũ nihil eſſe aliud,quàm quod à iuriſdictione de re priuata, & ciuili negotio,ſeparatum ſit: miſtum contrà, cui etiam iuriſdictio de re priuata inſit, ſiue ad centumuiros deferatur, ſiue per datos iudices à Prætore, uel alijs, qui ius dandi habent, dijudicetur, ſiue per recuperatores, arbitros'ue dirimatur, ſiue denique is qui iuriſdictioni pręeſt magiſtratus,extraordinaria'ue poteſtas, aut cui mandata iuriſdictio ſit uniuersè, uel pro parte,cognoſcat,decernat, iudicet. Diuiſio hæc ex Paul.ad edictum lib. 11. deſcripta uidetur per Iuſtinianum: [o] quod ex eodem, caput ſextum eiuſdem tractatus, & XXVI. ſub tit. Ad municipalem eodem ſpectans, exſcriptum conſtet ex codicibus manu ſcriptis:etſi Haloander quaſi ex Vlpiano translatitium ſit, excuderit. Paulum & Pa-

o l. 3. de iuriſd.

p d.l.3. & l.1. de offic.eo. pinianum[p] ſecutus eſt ſcriptor, qui Feneſtella uideri uoluit: nec alibi apud quenquam ſcriptorum Latinorum uerba hæc meri, & miſti imperij, reperiuntur. Noſtra tamen interpretatio ἀναλογίας defenditur, & obſeruatione ſimilium de meris, & miſtis, tam in iure ciuili, quàm apud ſcriptores alios. Merum enim id dicitur, quod purum ſimplexq́; eſt, & abſque admiſtione alterius rei, quam miſtum continet. Merum uinum eſt quod aquam admiſtam non habet: miſtum contra quod habet. Mera ſpes, ſine re. Mera ratio, abſque æquitatis in-

q l.ſi manda- uero.mand. terpretatione:[q] merum ius gentium, ſine præce-

r l.bona. depoſi. ptis ciuilibus, & prætorijs:[r] mera pœna, ſine rei perſecutione:[s] mera in rem actio, quæ in perſonam

s l.1. ſi q. ius. l.1. de eo p. q. fa. non eſt:[t] merum Prætoris officium, abſque officio iudicantis, & ſpontanea partium conuentio-

t §. ex malef. de act. inſt. ne:[u] merum aurum, quod cum plumbo miſtum non eſt, &c.[x] ſic merum imperium, quod abſque

u l.5. de uerb. oblig. iuriſdictione, quandoquidem illud miſtum eſſe

x l. Pompo. de rei uind. certum ſit, quod & iuriſdictionem in ſe continet.[y]

y d.l.3. de iuriſd. Iuriſdictionem uerò generaliter hoc loco accipere non licet, ne & mero imperio iuriſdictionem ineſſe confitendum ſit: quod à uoluntate ſcriptoris alienum eſt. Neque uerò pro ea iuriſdictione uſurpare prima ratione licet, quæ magis iuriſdictio, quàm imperium eſt: cùm præſertim decretum in iubendo ſatiſdare cautionali ſtipulatione, de dam-

z l.1. de præt. ſtip. no infecto, legatorum nomine,[z] &c. miſtum imperium

perium iuridiciale eſſe uideatur.[a] Non enim ſi illud decernitur, continuò hæc iuriſdictio inerit: quod magis de iudicialibus dicendum uidetur, quæ propter iudicium iuriſdictionem'ue interponuntur. Ineſſe enim eſt imperio, eo contineri.[b] Quid quòd decernere de prædijs minorum uendendis,& de tranſactione alimentorum, & ſimilibus,quæ mandata iuriſdictione non tranſeunt,miſti imperij eſſe conſtet, cùm iuriſdictio de re priuata eis inſit, & meri imperij eſſe non uideantur?[c] quibus tamen iuriſdictio magis quàm imperium, non ineſt. Conſequens eſt igitur ut iuriſdictio, quæ miſto imperio ineſt, de re priuata iuriſdictio ſit,quæ decretis omnibus ineſſe rectè dicitur.Nam ſi pro ea quæ iure magiſtratus competit,iuriſdictione accipias, quæ tranſit mandata generali iuriſdictione:ad merum imperium referas oportet, quæ mandata iuriſdictione non transferuntur decreta de rebus priuatis. Quod etſi defendi poteſt, & Haloandrinis libris conuenit, minus tamen recedes à communi ſententia, & à librorum conſenſione,ſi pro iuriſdictione de rebus priuatis, & ciuilibus negotijs,non de capitalibus acceperis. Nec ad rem pertinet, quòd mandata generaliter iuriſdictione, non omnia ad hanc iuriſdictionem pertinentia tranſeant:cùm præſertim bonis omnibus obligatis,ea non contineantùr, quæ ueriſimile eſt quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe:[e]

a d.l.8. de iuriſd.

b l.ſi quid 45. de leg.3.

c d.l.3.

e l.6.de pig.

& lex uetet mandare quædam ad iuriſdictionem
f l.1.de offi.c. pertinentia.[f] Sed uerius eſt,ut dixi, miſtum imperium,quod cohæret iuriſdictioni,tranſire mandata generali iuriſdictione.Cæterùm ſpecialiter mandari poſſe,niſi lege nominatim delatum ſit. Illud igitur oſtendere operæpretium eſt,iuriſdictionem apud ſcriptores latinos, pro ea, qua de priuatis rebus & ciuilibus ius dicitur,ſimpliciter dici, excluſa rerum capitaliũ cognitione, & iudicatione. Quod primum omnium ex Cicerone in Verrem, oſtendere non eſt difficile.Is enim cum propoſuiſſet de criminibus Verris in iure dicendo, & ſartis tectis exigendis,dicere: nihil aliud quàm Verris edicta, decreta, iudicia de re priuata perſecutus eſt. Deinde ſeparatim poſt crimina ſartorum tectorum, Atque etiam iudicium in prætura publicum exer-
g lib.3. cuit, inquit.[g] Et lib. IIII. poſt crimina in iuriſdictione de rebus priuatis, iam uerò in rerum capitalium quæſtionibus, &c. Idem uelut genera diuerſa,in tranſitu ad alia genera crimina poſuit, iudicare de rebus capitalibus, & ius dicere de re priuata.Et quoniam facta iſtius, inquit, in his generibus infinita ſunt, &c. Idem Pædianus ad lib. III. & IIII. ſignificat, qui libro quarto Ciceronem de iuriſdictione dixiſſe ſcribit: deinde enumeratis quibuſdam cauſis priuatis,addidit, deq; rebus capitalibus,de Sopatro,Sthenio,de iure dicendo: intelligens de iure dicendo de re priuata. Pro Murena

rena uerò idem Cicero ita hanc uerbi ſignificationem expreſsit, ut pluribus teſtimonijs opus non ſit. Nam collata Murenæ, & Sulpitij prætura Murenam in prætura populum ſibi conciliaſſe magis quàm Sulpitium dicit, quòd illi iuris dicendi ſors obtigerit, huic quæſtio peculatus: Vbi iuriſdictionis appellatione, quæſtionem publicam de peculatu non complectitur. Contrà ubi iudicium de capite Cicero comprehendere uoluit, ſic locutus eſt: Cum imperio, cum iudicio omnium rerum: Iudicio poteſtatiq; permiſſa dico[h] &c. Sic ex lege duodecim tabularum, Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicari'ue iubeat, Prætor eſto: is iuris ciuilis cuſtos eſto. Quotcunque ſenatus decreuerit, populus'ue iuſſerit, tot ſunto. Regio imperio duo ſunto, &c.[i] Ecce Prætores iuris diſceptatores, & cuſtodes iuris ciuilis uocat, qui de priuatis rebus ius dicunt: non qui Regio imperio ſunt, & gladij etiam ius habent. Et ideò coërcere duntaxat, mulcta, uinculis, uerberibus, magiſtratibus, lex alio uerſu permittit, non animaduertere in caput. Quamobrem iure magiſtratus competere dicuntur Papiniano,[k] quæ iuriſdictionis de re priuata ſunt & ciuili negotio, quæ ſine coërcitione uinculorum, mulctarum, uerberum, plerunque expediri non poſſunt. Excipit quæ ſpecialiter lege tribuuntur, quaſi iure magiſtratus hæc non competant, ſed ſpeciali iure: quales ſunt quæſtiones, quas

h ꝑ L. Agrar.

i lib. 3. de ll.

k l. 1. de offic. e. cui.

lex Cornelia conſtituit, & Prætori ſpecialiter attribuit:[l] quæſtio ex s. c. Syllaniano:[m] cognitio ex s. c. de alimentis relictis,[n] conſilij cauſæ ex s. c. examinatio,[o] cognitio ex s. c. aut oratione D. Claudij in eos qui potentiorum patrocinium adhibuerunt, & Imperatoris Seueri,[p] de prædijs minorum: ex cuius uerbis (nam hæc oratio adhuc extat in Pandectis) paret quid ſit ſpecialiter tribui cognitionem Prætori &c. Tunc, inquit, Prætor urbanus uir clariſsimus adeatur, qui pro ſua religione exiſtimet, quæ poſsint alienari, obligari'ue debeant. Et his quidem uerbis & ſimilibus, cognitionem ita deferri Prætori, ut eam mandare non poſsit, Papinianus colligit ex lege Iul. de ui, quam producit ad alias leges, s. c. conſtitutiones, quibus nouum ius conſtitutum eſt. In hac enim lege, non ſolum ſpecialiter, nominatim'ue, Prætori tributa eſt cognitio, ſed nominatim adiectum eſt, ut is cui obtigerit exercitio, poſsit eam ſi proficiſcatur mandare. Vnde Papinianus à contrario ducit, non aliter mandare poſſe, quàm ſi abeſſe cœperit: ſimul & ad alias leges producit, quæ ſimiliter cognitionem nouam deferunt. Sanè reſcripta, quæ ad ius reſcribuntur,[q] non nouum ius conſtituunt, ſed ius quod antè fuit continent: quibus non prohibetur dare iudicem, mandare'ue iuriſdictionem, qui ſpecialiter adiri iubetur.[r] In eadem cauſa ſunt, epiſtolæ, mandata principum, conſtitutiones,

l l.2. de orig. iur.
m de s.c. Syl. l.1.
n l.cum hi. de tranſact.
o l.1. de offic. conſ.
p l.1. de præd. mi. l.1. C. ne lic. potent.
q l.2. C. de diuerſ. reſcr.
r l.8. & 9. de offic. præſ.

nes,quæ nihil noui iuris conſtituunt, ſed ſanciunt iam conſtitutum, & magiſtratuum officij admonent: uti in commentarijs ſcripſimus ad Papinianum.[s] Porrò in epiſtolis ſæpe Cicero, ad iuriſdi- s l.1.de offi. ctionem de negotijs priuatis,hoc uerbi contraxiſſe uidetur: ut cum Q. Voluſium legatum dicit ſe miſiſſe in Cyprum ne ciues Rom.qui illic negotiabantur ius ſibi dictum negarent: & cum tertium edictum de reliquo iure dicendo ἄγραφον ſe reliquiſſe ſcribit.Nam Legatus non niſi de cauſis priuatis ius dicere potuit:[t] & primum, & alte- t d.l.1. de o fic.co. rum Ciceronis edictum,de uſuris, ſyngraphis, bonorum poſſeſsiõnibus,& ſimilibus,fuerunt: de capitalibus uerò cauſis edicere Prætores non conſueuerunt, quæ iudicia legibus conſtituta erant.[u] Sic u Cicero p Cluē. Th phi.de pu iud. paſsim neque apud hunc, neque apud alios, iuriſdictionis uerbo, capitalia iudicia continentur, niſi id nominatim exprimatur, ut nec apud Papinianum.[x] Sic apud Pomponium,Quod ius,de qua re, x d.l.1. quiſque dicturus eſſet:[y] & apud Vlpianum,Man- y l.2.de ori dare iuriſdictionem legato ſuo debet.[z] Idem, So- z l.4.de off proconſ. let Prætor iuriſdictionem, &c.[a] Vtrum autem a l.15.de iu quæſtiones ciuiles, quæ ſpecialiter deferuntur certis magiſtratibus,iuriſdictionis appellatione Cicero,& alij ſcriptores complectantur, haud facilè dixerim: quòd inter uaria decreta ad ius dicentis officium pertinentia,nuſquàm hæc memorent nominatim. Et quidem quas ſuperius exempli gra-

tia adhibui, poſt Ciceronis ſeculum introductæ ferè uidentur: cauſæ centumuirales lege ad centumuiros deferebantur, quos quæſtorij primum, deinde decemuiri, ad extremum Prætores coëgerunt: ut ex Tranquillo in Auguſto, & Plinio lib. ſexto epiſtolarum apparet. Et hæc iudicia centumuiralia, à priuatis iudicijs Cicero ſeiungere uidetur lib. 1. de Orat. & Gellius lib. XIIII. quòd non niſi Præſidente magiſtratu, à centumuiris eiuſmodi lites iudicarentur: cum alioqui res Priuata, à Priuato iudice dirimeretur, ut à C. Aquilio ſponſionis iudice apud Ciceronem in oratione pro Quintio: quem falſo quidam ex noſtris rhetoribus in oratione pro Murena, Prætorem tum fuiſſe ſcribit. Inter centumuiralia iudicia, liberalia olim (ut puto) non fuerunt:[b] ſed inter priuata magnarum rerum: quorum fauor adhuc maiores iudices requirit,[c] ut nec arbitri ſententiam dicere cogantur, nec priuati iudices dentur à Prætore uel Præſide, ſed ipſi diiudicent.[d] Ex his illud apparet, centumuiralia iudicia mandata iuriſdictione non tranſijſſe, aut mandari potuiſſe, quòd poteſtas cogendi centumuiralia conſilia, ſpecialiter lege uel conſtitutione delata ſit. Cum uos, inquit Cicero ad populum, uolueritis de priuatis hæreditatibus centumuiros iudicare:[e] quanquàm non ignoro Vlpianũ nõ tã de hoc conſilio exercendo, quàm de eo in quo manumiſsiones fiebant, locutũ eſſe:[f] quẽ ad conſeq

b Cic. lib. 1. de Orat.

c l. non diſtinguo. de arb.

d d. l. 2. ubi ſta. q. l. 2. de peda. l. penne de ſtat. def.

e de l. Agra.

f l. 2. de offi. c.

conſequentiam in commentarijs produximus. Sed dicet aliquis, hæc ſi iuriſdictionis eſſe ponamus, perperam ſcriptum uidebitur à iureconſultis, Prætorem, omnem, uel uniuerſam iuriſdictionem mandare poſſe:[g] & mandata iuriſdictione totum officium iuris dicendi tranſire:[h] quandoquidem hæc, quæ ſpecialiter deferuntur lege, &c. nō tranſferantur mandata iuriſdictione generali, nec ſpecialiter mandari poſsint.[i] Adde quæ iure magiſtratus non competunt, non uideri propriè iuriſdictionis, ut dare tutores.[k] Sed ità hæc concilianda uidentur, ut ius quidem dicatur à Prætore, qui centumuirali iudicio præſidet, non tamen anguſtiſsima iuriſdictionis ſignificatione, cum imperij eſſe magis, quàm iuriſdictionis uideatur, cogere centumuiros: nec in mandando generalis iuriſdictionis uerbo ſignificetur: neque (ut dixi) Prætori, qui iuriſdictionem ſortitus ſit, iure magiſtratus competat, ſed quòd ei ſorte obtigerit, ut centumuiralibus præeſſet. Anguſtiſsima ergo iuriſdictionis appellatione ea continetur, qua ius dicitur priuato, & ciuili iudicio, per legis actionem aliquam ordinato: ut emptì, uenditi, locati, conducti, mandati, depoſiti, negotiorum geſtorum, certi condictionem, ex ſtipulatu[l] &c. Qua iuriſdictione mandata generaliter, imperium quoque, quod iuriſdictioni eidem cohæret, tranſit: quòd ſine coercitione aliqua plerunque ius dici hoc modo

f 5 non

g l. 16. & ſeq. de iuriſd.
h l. 1. de ſuſp. tut.
i d. l. 1. de of. e.
k l. mato. de tute.
l l. 4. de iuriſd.

m l. 1. & ulti. de offi.c. non poſsit: [m] & cui iuriſdictio data ſit, ea quoque conceſſa uideantur, ſine quibus iuriſdictio expli-
n l.2.de iuriſ. cari non poſsit. [n] Et animaduerſionem quidem & coërcitionem, Paulus in hoc argumento ſpectat: quod imperium demum iuriſdictioni cohærere ſignificat, non etiam imperium, cui alioqui ciuilis iuriſdictio ineſt. Ecce iuriſdictione mandata, uel alij magiſtratui, uel priuato, is adeſſe iubet litigatorem: et ſi uocatus ueniat cognoſcit, & iudicat: aut dat iudicium & iudicem. Si uerò non ueniat in ius, nec defendatur per Procuratorem ſed latitet, mittit aduerſarium in poſſeſsionem bonorum, rei ſer-
o l.ſatis.de in ius uoc.l.7. qui. ex cau. in poſ. uandæ cauſa: & uendi tandem bona iubet. [o] Item cauere iubet cautione iudiciali, quæ propter iudicium interponitur: ueluti iudicatum ſolui, iudi-
p l.1.de præt. cium peragi. [p] Si poſſeſſor non caueat nihil deterius in re futurum de qua controuerſia ſit, tranſ-
q l. 1. C. uti poſſ. fert poſſeſsionem in aduerſarium: [q] rem iubet re-
r l.qui reſtit. de rei uind. ſtitui, & ſi non pareatur eius arbitris, poſſeſsionem transfert in petitorem: [r] quod &, ſi falſo negetur
s l.ult.eo. poſſeſſa, fieri ſolet, [s] coërcendi nec obedientem, &
t l.1.de uent. inſp.l. ſenatus. de offi. præſ.l.ſedet. de maior.l. 2. de in ius uoc.l.1.ſi q. ius dic. l. ſi quid.de offic. procon. contumacem litigatorem gratia. Interdum multam dicit, pignus capit, & uendit, rem controuerſam ſequeſtrat, iuriſdictionem denegat, in uincula duci iubet, pœnale iudicium dat, & alia remedia adhibet, [t] quæ is qui mandauit iuriſdictionem, in iure dicundo adhibere ſolet. Et hoc imperium ius dicentis, animaduerſionem, & coërcitionem Paulus

Ius uocat:[u] quod cohærere iuriſdictioni, & mandata iuriſdictione uideri mandatum, dicit.[x] Macer uerò, ut bonorum poſſeſsio detur uel ſi cui damni infecti non caueatur, ut is poſsidere iubeatur: aut uentris nomine mulier, uel is cui legatum eſt, legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsionem mittatur, mandari poſſe ait:non etiam mandata iuriſdictione generali, contingere.[y] Omnia enim quæ ad iuriſdictionem anguſtiſsima ſignificatione dictam, pertinent, mandata iuriſdictione uniuerſa transferri uidentur:non etiam quæ ad iuriſdictionem alioqui ciuilem ſpectant, quæ tamen ſpecialiter mandari poſſunt, niſi lex, s. c conſtitutione prohibere intelligatur.[z] Ex his igitur quæ magis imperij ſunt, quàm iuriſdictionis, quædam ita cohærere iuriſdictioni uidentur, ut ea mãdata transferantur: quædam mandari quidem poſſunt nominatim, ſed generaliter iuriſdictione mandata, non tranſeunt: ueluti iubere cauere Prætoria ſtipulatione, quæ ex mero Prætoris officio proficiſcitur, aut alioqui decernere quod iudicio non cohæret: quædam etiam ſunt, quæ nec mandata iuriſdictione tranſeunt, nec nominatim mandari poſſunt, quia id lege, aut quod eius uim obtinet, prohibetur. Cicero cum iuriſdictionem anguſtiſſimè demonſtrare uult, iudicium uocat: ut in illo loco, iuris, decreti, iudicij corrumpendi cauſa pecuniam accepiſſe. Hæc iuriſdictio anguſtiſsima, & ſi di

u l. 1. de offi. e.
x l. ult. eo.
y l. cognitio. eo.
z d. l. 1. de offic. eo.

ſi diiudicatio cauſæ cognitæ ſit: tamen à notione, cognitione, & iudicatione differt, quòd illi cohæreat (ut dixi) imperium in coërcendo: quod iudex priuatus, qui ſolam cognitionem, & iudicationem habet, facere non poteſt.[a] Dare iudicium, & iudices, magis eſt imperij, quàm iuriſdictionis, cum decretum ſit, non iudiciū Ciceroni lib. I I. ad Herennium: nec tam id poteſt cui mandata iuriſdictio eſt, quòd iuriſdictioni cohæreat: quàm quòd lege, &c. ei concedatur.[b] Cognitio quoque magiſtratuum in reſtituendis minoribus, in profeſſorum, aduocatorumq; ſalarijs, & ſimilibus quæ iuris ordinarij non ſunt,[c] nec iudicia propriè ducuntur in edictis Prætorum, quòd per actionem non ordinentur:[d] iuriſdictionis non ſunt, quæ magis iuriſdictio, quàm imperium uocatur. Sunt enim hæc magis imperij, quàm iuriſdictionis. Dare bonorum poſſeſsionem, & reſtituere in integrum, utrum iuriſdictioni ita cohæreant, ut mandata ea generaliter, transferantur dubitare poſsis. Nam ſpecialiter mandari poſſe conſtat;[e] ſed iuriſdictioni cohærere ut ſuperiora non uidentur, cum is cui actio competat, uel interdictum, non habeat neceſſe bonorum poſſeſsionem, uel reſtitutionem poſtulare: nec ad coërcitionem hæc pertineant, ut mittere in poſſeſsionem, &c. Nam uoluntaria iuriſdictio non tam imperij, quam iuriſdictionis eſſe uidetur.[f] Et de reſtitutione quidem integri, Iuſtinian

a l. 5. de re iudic.

b l. cum prætor. de iudi.

c Sueton. in Claud.

d l. in cauſæ. de mino. l. ubicūq;. de di. reg. iur.

e l. cognitio. de offi. c.

f l. ap. de ma. uind.

ſtinianus lege noua conſtituit,[g] ut generaliter dato iudice, reſtitutio integri etiam expediri poſsit. Vnde ſatis apparet, ante eam conſtitutionem, quod quærimus certi iuris non fuiſſe. De danda bonorum poſſeſsione, Conſtantius ante reſcripſerat, apud quoſuis iudices agnoſci poſſe, atque adeò apud duumuiros.[h] quamuis magis imperij, quàm iuriſdictionis ante Conſtantium uideri poterat, nec ob id magiſtratibus municipalibus cōpetere.[i] Sed eſt probabile de agnitione, non datione, Conſtantium locutum eſſe, ut dixi. Atque hæc rurſus mirum in modum confirmare uidentur mandata generali iuriſdictione imperium in decernendis Prætorijs cautionibus, non tranſire: quòd non cohæreant iuriſdictioni. Vt omittam cohærere non uideri quod diuerſæ rei non adhæret, (ne fortè iuriſdictioni ciuili cohærere dixeris) ut munus patrimoniale patrimonio, rei'ue propriæ, apud Hermogenianum:[k] item exceptiones perſonæ, uel rei, apud Iulianum,[l] & apud Iuſtinianum urbanæ ſeruitutes ædificijs inhærent.[m] Adde quòd Macer diſertiſsimis uerbis ſignificet, quædam eſſe quæ ſpecialiter quidem mandari poſſunt, ſed ea, mandata generali iuriſdictione, non transferri.[n] Et profectò confitendum eſt, non niſi argumento à pari ratione fortè ducto, decreta interponi ſolita de ſtipulationibus Prætorijs cautionalibus, ut de legato, & damno infecto, ad generalem iuriſdictionem

g l.ult. C. ubi et ap.q.cog.

h l.ulti. C.qui admitt. ad bon.

i l.ea quæ.ad municip.

k l.ſunt.de uaca.muner.

l l.7. de except.

m §. 1.de ſeruit.

n d.l.cognitio.

nem pertinere, quæ tranſit mandata iuriſdictione: Id quod Iuſtinianus & de reſtitutione integri apud ueteres concertatum fuiſſe ſignificat illis uerbis, Quod & ueteribus non fuerat incognitum. Nam ſpecialiter mandari potuiſſe, conſtitit: ſi generaliter dati ſint iudices, id eſt mandata ſit uniuerſa iuriſdictio, non conueniebat.[o] Sed ualeat æquitas (dicet aliquis) quæ paribus in cauſis paria iura deſiderat, & adhærere imperium iuriſdictioni audeamus dicere in cautionalibus ſtipulationibus decernendis: uti contrà Iuſtinianus adminiſtrationi magiſtratuum, adhærere iuriſdictionem ſcribit.[p] Quod non ad factum ſed ad ius, & poteſtatem referendum eſt, ut adminiſtrator qui præſit, iuris dicendi poteſtatem habeat, etiam decernendi ius habeat ſtipulationes cautionales, circumſcripti in integrum reſtitutionem, bonorum poſſeſsiones, ut in bona latitantis eatur, &c. quamuis iuriſdictionem, quæ in faciendo uerſatur, id eſt in dicendo iure ijs qui actionem habent, cautionalis ſtipulatio comitari nunquam ſoleat, ut nec integri reſtitutio. Sed Paulus ad coërcitionem ubique ſpectat, ubi imperium cohærere ait iuriſdictioni:[q] & Iuſtinianus reſtitutionem non niſi ſpecialiter mandari poſſe potuiſſe dicit.[r] Nunc caput ex Paulo deſcriptum παραφραστικῶς uertamus, in cuius expoſitione uariant præclara ingenia. Imperium iuridiciale magiſtratuum, poteſtatumúe, quæ

o l. ulti. C. ubi & apud q.

p d. l. ulti. C. ubi & ap. q.

q d. l. 1. & ult. de offi. c.

r d. l. ulti. C. ubi & ap. q.

quæ in urbibus & prouincijs cum imperio uerſantur: aut merum eſt, & à iure dicundo de ciuilibus negotijs ſeiunctum, aut miſtum cum iuriſdictione eiuſmodi. Merum imperium eſt habere gladij poteſtatem ad puniendos facinoroſos homines: quod & de poteſtate damnandi in metallum, aut alioqui atrociter puniendi, accipiendum eſt: quæ omnis poteſtas, & ius gladij, & poteſtas gladij, & interdum abſolutè poteſtas appellatur. Miſtum eſt imperium cum iuriſdictione, in quo etiam iuriſdictio de ciuili negotio, continetur: ut decernere bonorum poſſeſsionem, miſti eſt imperij, quòd qui eam det magiſtratus, extraordinariáue poteſtas, etiam ius dicere dicatur. Neque ſolum decretum in danda bonorum poſſeſsione, officio iuriſdictionis interponitur, ſed etiam iudicia priuata, & iudices litigantibus dantur: ut meritò & in hoc miſtum imperium conſiſtere dicamus. Hactenus Paulus. [s] Imperium iuridiciale latius uſurpamus, ut omnem poteſtatem in iure dicendo, tam de rebus capitalibus, quàm de ciuilibus negotijs complectamur. Poteſtates extra ordinem conſtituuntur, [t] cum alicui imperium non ſolenni more, ſed extra ordinem datur: quo modo & aduerſus Mithridatem Pompeio imperium militare extra ordinem non à ſenatu (uti ſolebat) ſed lege Manilia datum eſt. Eiuſdem modi poteſtates ab initio fuerunt omnes, qui ad regendas prouincias mittebantur

s d.l.3.de iuriſd.

t l.2.de orig. l.1.qđ quiſ. l.1. de iudi. C.de offi.e. q.uic.præſi.

u l. 13. de iuriſdict. bantur.[u] Gladij poteſtate ſuccinctum filium Gordiani tum Proconſulus Africæ, Capitolinus in Gordiano ſcribit: quæ poteſtas in legato Proconſulis extraordinaria eſt.[x] Lamprid.in Alexandro, Honores iuris gladij, inquit, nunquam uendi paſſus eſt: Idem, Ego non patiar, inquit, Alexander, mercatores poteſtatum. Vlpianus poteſtatem gladij, aut cuiuſuis alterius coërcitionis, dixit.[y] & alibi. Qui uniuerſas prouincias regunt, ius gladij habent:[z] & in metallum damnandi eis poteſtas permiſſa eſt. Et alio loco. Sed animaduerti gladio oportet, non ſecuri.[a] Spartianus in Caracalla, Gladio te oportuit exequi meum iuſſum: quibus uerbis tyrannus, eum qui Papinianum ſecuri percuſſerat, increpauit. Ex quibus apparet nũc ius gladij, uel poteſtatem, dici pro mero imperio, quòd gladio cingerentur poteſtates ad hoc imperium ſignificandum: nunc gladio animaduerti ſpecialiter, cum gladio non ſecuri, aut laqueo uita adimitur. & poteſtatem abſolutè, pro eodem imperio figuratè uſurpari: quam ἄκραν ἐξουσίαν Theophilus uocat, loquens de poteſtate necis in ſeruos.[b] Atrociter punire dico, eum Venuleio, cùm quis coërcetur atrocius, quàm ei permiſſum ſit, cui mandata eſt iuriſdictio:[c] cui modica coërcitio mulctæ, uerberum, uinculorum, data eſt in explicanda iuriſdictione, ut dixi. Cætera manifeſta ſunt ex ſuperioribus, modo conſtituendorum iudiciorum morem

x l. ſolet. de offi. procõſ.
y l. nemo. de reg. iur.
z l. illicita. de offi. præſ.
a l. 8. de pœn.
b de iis q. ſunt ſui uel ali. l. 7. ad l. Iul. de ui pub.
c l. ſi quid. de offi. proc.

rem priuatorum, & dandorum iudicum ſpecialium, qui ſolam notionem & iudicationem habeant, iuuentus intelligat: L. Octauius iudex eſto, ſi paret fundum Capenatem de quo agitur Q. Seruilij eſſe, neque arbitrio Octauij reſtituetur. Qua de re lib. ſing. de interdictis dixi abundanter, & Inſti. de act. Si quis uelit in miſti imperij definitione, iuriſdictionis uerbum ad eam contrahere quæ mandata iuriſdictione transfertur: meri imperij ea dicat oportet, quæ lege, &c. ſpecialiter tribuuntur: uti ſuprà iuuentutem commonefeci. Ex qua interpretatione miſtum imperium mandari poſſe intelligemus: merum non æquè. Ex alia expoſitione colligemus, miſtum imperium partim mandari poſſe, partim non poſſe: merum nunquàm mandari, niſi qui mandat, proficiſcatur. [d] Papiniani locum nunc παραφραστικῶς interpretemur. Quæſitum eſt Papiniani ſeculo, ſi is qui magiſtratum poteſtatemúe haberet, iuriſdictionem ſuam alij mandaret, quarum rerum cognitionem more inſtitutóq; maiorum, in eum transferre uideretur, cui mandata eſſet. Papinianus lib. 1. Quæſt. reſpondit, Quæcunque nominatim noua lege, nouóue S. C. aut principali conſtitutione, quibuſdam magiſtratibus, ut Prætori uel Præſidi dantur: ea mandata ab ijs iuriſdictione, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter in mandatarium minimè transferri. Quæ uerò negotia iure magiſtratus (qui iuris dicundi

d l.1.de offi.c.

gratia de cauſis omnibus priuatis ciuilibusq́; primum creatus eſt) cuique competunt, non ſpecialiter tribuuntur: aut generaliter mandata iuriſdictione, aut certè nominatim in mandatarios tranſire. Itaque errare magiſtratus, qui cum lege, s. c. uel conſtitutione, nominatim rerum capitalium, aliarum'ue publicarum quæſtionum iudices conſtituti ſunt, ut hæc iudicia exerceant, & de conſilij ſententia, reum condemnent, uel abſoluant, iuriſdictionem hanc ſuam alijs mandant. Cuius rei non leue eſt argumentum, quòd in lege Iulia de ui, hic uerſus ſcriptus extet, Huius quæſtionis Prætor, cui eo anno ſorte obtigerit exercitio, iudex eſto, quam ſi proficiſcatur alij mandare liceto. Non aliter ergo quæſitor rei capitalis mandare hoc iudicium exercendum alij poterit, quàm ſi proficiſcatur: quamuis alioqui iuriſdictio de rebus priuatis quæ iure magiſtratus competit, & anguſtiore uerbi ſignificatione iuriſdictio abſolutè uocatur, etiã ab eo qui non proficiſcatur mandari ſoleat. Cum igitur in lege Iulia de ui hoc nominatim cautum ſit, eadem ratione, publicæ quæſtiones legis Iuliæ maieſtatis, legis Iuliæ de adulterijs, legis Iuliæ de repetundis, & s. c. Syllaniani (quo s. c. Prætori cognitio, & iudicatio nominatim data eſt) mandari non poterunt. Et quoniam diximus, quæ iure magiſtratus competunt, ea mandari poſſe: illud ſcire oportet mandata iuriſdictione, eum qui mandatam

datam ſuſcepit, non habere eam ſibi propriam, ſed eius magiſtratus qui mandauit iuriſdictione uti, & ita non ſuo iure, ſed alieno beneficio alienam iuriſdictionem exequi. Hoc enim quod reſpondi uerius eſt (utcunque hactenus controuerſum fuerit) nimirum iuriſdictionem quæ iure magiſtratus competit, in eum cui mandatur transferri, ſed alieno nomine exequendam: Merum uerò imperium id eſt ſolum, & à iuriſdictione eiuſmodi ſeiunctum (quæ abſolutè iuriſdictio in hoc argumento more maiorum intelligitur) mandata iuriſdictione non poſſe in eum cui mandata eſt, tranſire: quandoquidem hoc imperium, non iure magiſtratus, qui more maiorum ius duntaxat de priuatis dicit, ei qui cum imperio, & poteſtate eſt, contingit: ſed lege s. c. uel conſtitutione, (ut iam dictum eſt) ſpecialiter ei tribuitur. Vnde facile poſſumus intelligere, hoc uoluiſſe iuris autores, qui quæſtiones eiuſmodi conſtituerunt, ne alius de hiſce rebus iudicaret, quàm qui ob ſingularem induſtriam explorata eius fide, & grauitate, ad aliquod officium adhibitus eſſet: alioqui ſatis fuerat, nullo iudice quæſtionis in lege expreſſo, pœnam maleficio certam conſtituere, & relinquere iudicium magiſtratui more maiorum, ut cætera iuriſdictionis, uel per ſe uel per alium exercendum. Ex his apparet cum Proconſul in prouincia, & quæ magiſtratus iure competunt, & merum im-

perium exequitur: non, ut quæſitor in urbe, ſoli quæſtioni publicè præeſt: mandata iuriſdictione legato, animaduerſionem in eum non transferre: quia (uti diximus) more maiorum, & argumento ex lege Iulia de ui ducto, ſatis conſtat, ea demum in legatum tranſire, quæ iure magiſtratus competunt. Hactenus Papinianus. Sed Paulus qui in quæſtionum libros Papiniani notas ſcripſit, Imò, inquit, imperium quod iuriſdictioni cohæret, utpote ſine quo iuriſdictio eſſe non poteſt, mandata iuriſdictione legato, in eum tranſire uerius eſt: quia iuriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt: ut quod Papinianus ait animaduerſionem legatum non habere, de maiore animaduerſione quæ meri imperij eſt accipiendum ſit. Quæ ſpecialiter tribuuntur apud Papinianum hæc ferè ſunt, [e] quæſtiones publicæ, & omnis grauior animaduerſio, conſilij exercitio, & cauſarum centumuiralium cognitio de alienandis rebus minorum, cognitio de tranſactione alimentorum, cognitio de abolitione criminis, de ſtatu perſonarum, deq; ijs qui patrocinium potentiorum ſibi aduocarunt, & datio tutorum. Quæ enim in reſcriptis, mandatis principum, edictis magiſtratuum, aut iureconſultorum commentarijs, magiſtratibus nominatim tribuuntur, hûc non pertinent. Reliquum eſt, ut quæ ab alijs perperam ſcripta extant de iuriſdictione refellamus. Et ut ab Accurſio incipiam, is ad

[e] l. 1. de offi. c. l. nemo. de reg. l. 1. de offic. conſ. l. 2. de offic. c. l. 1. de reb. eo. l. cum hi. de tranſ. l. 1. ad turp. l. 2. de peda. l. 1. C. ne lic. po. l. muto. de tute.

is ad rubricam De iuriſdictione, ſtatim in ſalebra hæret: nec idoneam cauſam proferre poteſt, cur de officijs ſingulorum magiſtratuum, eius cui mandata eſt iuriſdictio, & aſſeſſorum, prius quàm de iuriſdictione, tituli cum ſuo tractatu exponantur: cum ex ſuprà ſcriptis manifeſtum ſit, officium magiſtratuum latius patere, quàm officium iuriſdictionis: eius uero cui mandata ſit iuriſdictio, patere anguſtius. Ad primum caput eiuſdem tractatus Vlpiani regulam, ad merum imperium falsò exiſtimat pertinere: cum eius poteſtatis nullum exemplum ſubiectum ſit, ſed tantum miſti imperij, quæ prima ratione iuriſdictionis eſſe non uidebantur, quòd magis imperij quàm iuriſdictionis ſint. Iuriſdictionis enim, quæ anguſtiſsimè ſic appellatur cur exempla ſubieciſſet? cum nemo dubitaret, quin illa iuriſdictionis eſſent? Accurſius tamen dare iudices litigantibus, iuriſdictioni aſcribit, non miſto imperio: cui repugnat lectio quam ſequitur, Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia. Cur enim dicit etiam, niſi & imperij ſit dare iudices? Adde quòd non omnes, qui ſuo iure iuriſdictionem habent, iudices & iudicia dare poſſunt:[e] atque ita ut cætera magis imperij, quàm iuriſdictionis, magiſtratibus municipalibus negari uidetur. Quid quòd hoc, decernere ſit, non iudicare iure ſuo? quid quòd ius dicere demum uideatur, anguſtiſsima huius uerbi ſignificatione, qui

e l.cum prætor.de iudi.

ius reddit in priuato iudicio? quod is facere non dicitur propriè, qui iudices priuatos dat qui iudicent, ſed tantum iuris interpretatione: quod qui per alium faciat, ipſe facere intelligatur.[f] Accedit hûc, quod Vlpianus in regula ſua, qua oſtendit ius dicentis officium latiſsimè patere, hoc, uerbi gratia, ſubiecerit, iudices litigantibus dare poſſe. Suffragatur nobis uir oculatus in ratione ueteri iudiciorum Romanorum Budæus. Prætor, inquit, in ijs occupatus erat, quæ ſunt imperij: in ſortiendis iudicibus, in conſtituendis iudicijs, in dandis bonorum poſſeſsionibus, &c. Non ignoro dare iudicium, à decernendo ſeiungi interdum apud Ciceronem: ſed ad iudicationem etiam coanguſtat, ut Paulus. In ſecunda gloſſula eiuſdem capitis, non rectè ſcribit bonorum poſſeſsionem cauſa cognita ſemper dari, cum & de plano, uel (ut Cicero loquitur ex æquo, & Suetonius in Tyberio, E plano) non pro tribunali cauſa cognita, edictalis detur.[g] Eodem loco falsò dicit, non mandari: & per libellum expediri, id eſt per ſubſcriptionem poſtulationis ſcriptæ, quid ſit non percipit: ea demum quæ iure magiſtratus municipalis competunt, perperam autumat mandari poſſe. Nam quæ magis imperij ſunt, quàm iuriſdictionis, nec Duumuiro competunt, ritè mandatur, ut ſuprà oſtendi. Tertia gloſſula, inſcitè ait, ius dicentem neceſſariò dare bonorum poſſeſsionem. Iudicandi enim neceſsit

f l. ulti. C. ubi & ap. q.

g l. 1. de bon. poſſ. l. 1. de ſucceſ. ed. l. 4. quis ord.

ceſsitas iudicibus priuatis iniuncta à magiſtratibus, inter munera perſonalia habetur, cum iudiciario duntaxat munere fungantur,[h] & facultatem iudicandi abſq; iuriſdictione habeant.[i] Quod poſterius etiam Iuſtinianus, ei cui mandata eſt iuriſdictio, opinor, attribuit: quòd propriam iuriſdictionem non habeat.[k] In quarta gloſſula, mittere in poſſeſsionem, ad executionem decreti, non ad ipſum decretum, repugnantibus & edictis, & iureconſultis, retulit. Decreto enim, & permiſſu Prætoris, miſsio fit in poſſeſsionem: executio fit eius decreti, per eundem Prætorem, miniſterio apparitorum, & interdum per manum militarem.[l] Porrò mandari poſſe ut in poſſeſsionem mittatur, & hoc imperij eſſe magis quàm iuriſdictionis, Macro & Paulo credendum eſt potius, quàm Accurſio:[m] qui in ea eſt hæreſi, ut miſtum imperium mandari omnino poſſe exiſtimet, quod falſum eſſe conſtat. Et quod ſequitur apud eum, aliud iubere eſſe, aliud delegare, nihil eum iuuat: quod mandari poſſe ut mittatur in poſſeſsionem, diſertè Macer dicat, non iuberi. Dare tutores neque imperij magiſtratuum eſt proprium, neque iuriſdictionis: cùm magiſtratus municipales iuſſu Præſidum, & abſque iuſſu, decuriones, & priuati parentes, hoc faciant:[n] ſed cum magiſtratus qui imperium habet, dat tutorem, decernere magis quàm iudicare uidetur, quod Accurſius ſcribere

h l. à iudice. C. de iudi.
i l. ulti. C. ubi & ap. q.
k l. 1. de offi. c.
l l. 2. & 7. qui ex cau. in poſſ. l. 3. & l. ne uis fiat.
m l. cognitio de offic. e. l. iubere. d. iuriſd.
n l. ius dandi & l. ubi. d. tuto. dat. & de teſta. tu

debuit in quinta gloſſula. Iuſſus autem Præſidis, delegatio non eſt, quia lex ita nominatim tribuit magiſtratibus, ſi Præſides iuberent. Ad caput ſecundum eiuſdem tractatus, delegatum iudicem uniuersè Accurſius eum eſſe putat, cui mandata, data'ue eſt iuriſdictio: eum tamen iudex ſpecialis, qui & delegatus in reſcriptis Cæſarum dicitur, ſolam habeat notionem & iudicationem: [o] nec mittere in poſſeſsionem poſsit, ſed renuntiare iudici ordinario. Eum cui data eſt iuriſdictio, id eſt mandata (ſic enim Macer, [p] & Gellius loquuntur) mittere in poſſeſsionem poſſe; dubium non eſt: certè ſpecialiter hoc mandari poſſe conſtat, ut prædixi. Ad tertium caput in gloſſa IIII. poteſtatem latius accipit, quàm iureconſultus. Poteſtas enim per excellentiam dicitur, uel ipſe adminiſtrator qui ius gladij, & coërcitionis atrocioris habet: uel ipſum merum imperium. Eodem modo imperium interdum uſurpatur. In quinta gloſſ. ex Guil. & Placentino, iuriſdictionem pro ea accipit, in miſti imperij definitione, quæ tota tranſit mandata iuriſdictione: quam interpretationem, & nos probabilem in commentarijs noſtris habuimus, ſecuti Haloandrinum codicem. Cæterum ex Irnerij, & ſua ipſius opinione, non rectè modicam coërcitionem apud Paulum, à miſto imperio ſeparat; & perperam iure magiſtratus competere apud Papinianum, ad magiſtratum municipalem refer

o l. à iudice. C. de iudi. l. 5. de re iud.

p l. cognitio. de offi. c.

fert: apud quem non fuit ſemper legis actio, ut Paulus lib. 11. Sententiarum ſcribit: unde mendosè colligit cauſas pecuniarias ſupra trecentos aureos, delegari non poſſe, quod ita accipit, ut nec mandata quidem iuriſdictione tranſeant. Sanè humiliora negotia pedaneis delegari ſolita Iulianus Auguſtus ſignificat: [q] quibus Iuſtinianus quantitatem præſcribit in nouella, trecentorum aureorum. [r] Miſtum imperium falsò negat mandari poſſe: & dari bonorum poſſeſsionem, ſemper cauſa cognita, affirmat: Iuris ditionem pro iuriſdictione, repugnante loquendi uſu omnium conſultorum, & Latinè ſcientium, dicit: non quòd ditio, & ius, Latina uerba non ſint, ſed quòd nunquam iuriſditio dicatur. In ſexta gloſſ. iterum ex Irnerio, merum imperium miſto ineſſe ſignificat, quod perinde eſt atque ſi quis dixerit, merum uinum miſto ineſſe. Vt taceam quòd merum imperium, miſtum eſſe fateatur: cum iuriſdictio ei inſit. Quod ſi uerum eſt, merum uinum rectè miſtum dicetur. Sanè alio modo Accurſius probabiliter dicere potuit, poteſtates qui ius gladij duntaxat habent, merum imperium habere: qui uerò etiam dare bonorum poſſeſsionem poſſunt, miſtum. Sed hoc non intellexit, qui ius gladij, iuriſdictionem poſuit: quod ſi uerum eſt, nunquàm imperium ita merum erit, quin & miſtum ſit. Iureconſultos uerò de hac miſtione non ſenſiſſe, ex eo apparet, quòd

q l. ulti. de peda.

r auth. de ind.

merum imperium in eo ponant, qui & iuriſdictionem ciuilem habeat:[s] ut in Proconſule: Merum enim imperium ita accipiunt, ut nunquàm in miſto eſſe poſsit: quamuis mera pœna, miſta actione contineatur: & merum ius gentium, miſto cum præceptis ciuilibus, & prætorijs. Ineſſe nanque iuriſdictio dicitur miſto imperio, non ut aqua uino, uel pœna miſtæ actioni: ſed ut in emptis uxoris cauſa parata inſunt: hoc eſt ut genus ineſt ſpeciei.[t] Iuriſdictio enim dicitur generaliter, & cum decernit, & cum iudicat qui iuriſdictionem habet: Miſtum imperium, quod magis eſt imperij quàm iuriſdictionis, ſpecies eſt eius iuriſdictionis: altera ſpecies magis iuriſdictio quàm imperium eſt. Id quod Iruerius rectè ſenſit, cum in illis uerbis, Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, generis de ſpecie prædicationem eſſe dixit; id eſt licentia iudicis dandi, non ſolum iudicandi, eſt iuriſdictio. Quod Accurſius in nouiſsima gloſſ. ſcribit de iudice delegato, Iuſtinianum ſequi uidetur, qui iudicem ſpecialem, & generaliter datum ab adminiſtratore, poſuit:[u] & hunc intelligit, opinor, cui mandata ſit iuriſdictio. Sed quòd ſpecialem iudicem putat, iuriſdictionem habere delegatam errat, niſi iuriſdictio ei in ea ſpecie mandata ſit.[x] Notionem enim alioqui, & iudicationem habet, qui iudex datur ad priuatum iudicium dirimendum: non etiam iuriſdictionem.[y] Sed ſatis ſit hactenus oſten

s l.1. & ult. de offic. c.

t l. ſi quid. de leg. 3.

u l. ulti. ubi & ap. q.

x l. ſolet. & ſeq. de iuriſd.

y l. ait. de re iu. l. notio. de uerb. ſig.

oſtendiſſe, quàm multa Accurſius ad hæc capita peccarit: ex quibus conijcere licet, quæ deinde ſcribit, his uelut iactis fundamentis, qualia ſint. Guilelmum Durantum, & Oldradum prætereo, qui rectius intellexerunt quàm elocuti ſunt. Bartoli nunc ſententiam ad eadem capita audiamus. Igitur ad rubricam Accurſium ducem ſecutus, ſimilem errorem iuuentuti reliquit. Ad primum caput ſimiliter eundem probat in definitione iuriſdictionis, quaſi neceſsitas iuris dicẽdi ad omnem iudicem referatur, & non ad pedaneum.[z] De mero quoque imperio ſenſiſſe Vlpianum ait:[a] ſed de officio ius dicentis, an de officio iudicis ſcriptum ſit, nihil intereſſe putat. Qua in re melius Accurſius, cùm de iudice pedaneo non loquatur Vlpianus: qui non ius dicit, ſed iudicat iubente magiſtratu, aut eo dante, cui mandauit iuriſdictionem: id quod Guil. & Iacob. Butri. propemodum rectè ſcripſerunt. Si iudicem ad ordinarium contrahas cum Iacob. de Aren. Cy. & Ray. iudex erit, qui ius dicit.[b] Quòd Conſtantium Cæſarem ita interpretetur Bartolus, ut agnoſci bonorum poſſeſsio poſsit apud Duumuiros, decerni non poſsit hodie, niſi ab eo qui miſtum imperium habet, defendi poteſt. Conſtituit enim Conſtantius, ut uerborum inanium ſolennia ceſſent, & ſufficiat ei qui petere à Prætore bonorum poſſeſ. aliquando uelit, apud Duumuiros agnoſcere hæreditatem: nihilq; opus eſſe,

z l. munerum. de munc. et ho.
a l. 1. de iuriſd.
b cap. for⁹. de uerbo. ſign. auth. de deſen.

eſſe, ut pro tribunali cognita cauſa decernatur intra tempus præſtitutum, uel è plano detur. De tutoris porrò datione, & dando iudice, nihilominus quàm Accurſius peccat: illud miſti imperij, hoc iuriſdictionis eſſe omnimodo ſignificans. Miſtum imperium mandari non poſſe, & officium iudicis, id eſt magiſtratus, qui ordinarius iudex eſt, & iuriſdictionẽ æqualiter patêre, malè opinatur. In diuidẽdo officio iudicis dupliciter peccat, & quòd no uis uerbis rẽ inobſcuret, & quòd falsò dicat officiũ iudicis in arbitrarijs iudicijs, naturæ actionis repugnare.[c] Aliud enim eſt non ex obligatione proficiſci,[d] ſed officio iudicis, aliud naturæ actionis repugnare. Illud ad uſuras in bonæ fidei iudicijs, & litis æſtimationem, ſiue id quod intereſt propter locũ,[e] in arbitrarijs pertinet: hoc non æquè. Quid quòd officium aduerſarium appellat, quod ſeruit naturæ iudicij bonæ fidei in admittenda exceptione, quamuis in iure conteſtata ab initio non fuerit?[f] quaſi uerò actori tantum ſeruire iudex debeat, non etiam reo: cuius rationem nihilominus, quàm illius habere debet. Officium enim iudicis latiſsime eſt, quicquid facere debet, & iure poteſt, ut apud Vlpianum,[g] & Iuſtinianum.[h] Item quod ex contractu, & obligatione non uenit, officio iudicis continetur in iudicijs bonæ fidei, & arbitrarijs: quaſi dicas officio iudicis tantum.[i] Tertio loco cognitionis magiſtratuum quæ ſunt, non iuris ordina

c §. præterea. de act.
d l. quęro. loc.
e l. centũ. de eo q. cer. lo.
f l. planè. de pet. hæred.
g d. l. 1. de iuriſd.
h de offi. iud.
i d. l. quæro. & d. l. cẽtũ. l. quia. de neg. ge. l. qui per. de act. empt.

ordinarij, ex Prætoris, uel Præſidis cognitione tota dependere dicuntur:& officium Prætoris, Præſidis, uel iudicis dicitur, de his ius dicere extra ordinem, id eſt absq; ordinarij iuris actione, uel interdicto:[k] quæ non dependent omninò ex cognitione magiſtratus, ſed ex certa lege, uel edicto, &c. quod ius ordinariũ uocatur,[l] quòd paſsim & ſemper ex eo ius reddatur. Ad caput ſecundum, in hoc errare Bartolus uidetur, quod de legata iuriſdictione, non putet in poſſeſsionem mitti poſſe. Eſt enim aliud dare iudicem ſpecialem (ut dixi) aliud dare, mandare aut delegare iuriſdictionem ſpecialiter. Ille ſolum iudicationem habet, hic etiam coercitionem modicam ſine qua iuriſdictio explicari non poteſt in ea ſpecie. Ad caput tertium diuidit perperam iuriſdictionem, in imperium, & iuriſdictionem: non quòd hoc uerum non ſit, ſed quod illo capite non probetur, quod ille putat. Eſt enim imperium ſpecialiter in coërcendo, & decernendo: iuriſdictio in iudicando cauſas priuatas, quæ apud iudicem priuatum in priuatis iudicijs diiudicari poſſunt.[m] In hoc capite decretum interpoſitum in dando iudice (quod eſt imperij) iuriſdictio uocatur. In eodem commentario, delegatum iudicem habere iuriſdictionem indiſtinctè putat: quod ita uerum eſt ſi iuriſdictio ei mandata ſit, uel generaliter, uel ſpecialiter. Sequitur Accurſium in definitione iuriſdictionis, & uerbi etymo: poteſtat

k l.quod ſi.§. ſi.de mino. & de uar. cogn.

l l.3.ne uis ſi. l.ult. de pri. de.

m l.iubere.eo.

poteſtatis uerbum, pro imperio magiſtratus accipit generaliter, quamuis iureconſultus coanguſtet ad merum imperium. Falſo negat iuriſdictionem diuidi poſſe, in merum imperium, & miſtum: cum omnis poteſtas, & iuriſdictio magiſtratus, imperium interdum dicatur:[u] & Bartolus ipſe ineſſe iuriſdictionem imperio miſto tanquam genus ſcribat. Sanè apud Paulum, iuriſdictio tantũ (quæ mera dici poteſt, ab imperio ſeparatur.[o] Quod merum imperium uocet quaſi liberum, & ſolutum, neque uerbi ſignificatione, neque ratione defendi poteſt. Merum enim eſt, quod miſtum non eſt, non quod ſeruum non eſt, aut obligatum: & legis actioni, qua iudicium conſtitutum eſt, qui publico iudicio præeſt, ſeruit:[p] ut qui priuatum iudicium ſuſcipit, ſeruit actioni ciuili. Imperium in conſtituendo iure, non rectè putat huc pertinere: quòd ius dicere latiſsimè ſit, quod iure conſtitutum eſt, reddere. Prætor enim non tanquam ius nouum conſtituens edicebat, ſed ut ſcirent ciues, quod ius redditurus eſſet:[q] Princeps nouum ius conſtituit. Si tamen cognoſcens decernat Princeps, non iniuria à iuriſdictione proficiſci hoc dixeris.[r] Illud nullo modo defendi poteſt,[s] merum imperium mandari omnimodo, ſi minus (ut ait) aut minimum ſit: eſt enim uerius omnem coërcitionem, quæ fit in iure dicundo ciuiliter, ad miſtum imperium pertinere: & mandari poſſe, niſi ſpecial

n inſti. de perpe. act. l. ult. de offi. pro conſ. l. 3. de offi. c.
o l iubere. de iuriſd.
p inſti. de pu. iud. in prin.
q l. 2. de orig. iur.
r l. 1. de cõſtit.
s l. 1. de offi. c.

ſpecialiter lege, s. c. uel conſtitutione tribuatur. Neque enim uerum eſt quod Defenſori ciuitatis defertur, merum imperium eſſe, & nihilominus mandari poſſe: neque mulctam nec obedienti litigatori dictam, meri eſſe imperij. Nam iure magiſtratus, mulctis, uinculis, uerberibus, pignoribus captis, coërcere Prætori ius dicenti ciuiliter, conceſſum eſt, modò non atrociter uerberet, &c.[t] quod uerò Defenſori datum eſt nominatim, iure magiſtratus competit non iure ſpeciali: cum præſertim non in hoc nominatim detur, ut ipſe dijudicet, ſed ut ei communicetur particula aliqua imperij, quæ iure magiſtratus Præſidi prouinciæ prius competebat. Quòd idem quærit, quibus magiſtratibus competit merum imperium, & regulas ſuas ſubijcit, arguit eum ad mores Italiæ ſuo ſeculo, non ad ius ciuile ſpectare. Non enim omnibus magiſtratibus, qui iuri dicundo Romæ præerant, ſed quibus ſorte obtigerat, ius gladij fuit: nec non & ijs quibus lex ſpecialiter tribuebat, ut Præfecto urbi. Miſtum porrò imperium, non ob id dictum eſt, quòd meri imperij partem capiat, partem iuriſdictionis: ſed quòd iuriſdictio etiam dicatur, id eſt iuriſdictio ciuilis: utcunque Bartolus ad commentitias ſuas dafinitiones, iureconſulto inauditas ſpectans, hoc adfirmet. Quòd definit miſtum imperium, quod officio iudicis nobili expeditur, & priuatam utilitatem reſpicit, ita accipiant, qui uerbi

[t] l. ſi quid. de offi. procõſ.

uerbi noui ſignificationem non didicerunt: ut officium nobile, id eſt liberum atque ſolutum, faciat iudex, quando ius dicit de eo, quod non ex obligatione, ſed ſolo officio iudicis proficiſcitur: ut cum dat bonorum poſſeſsionem, cum decernit ut caueatur damni infecti, cum reſtituit in integrum, cum iubet cauere legatorum nomine, & mittit in poſſeſsionem ſi non caueatur, &c. Hæc enim, etſi ex iure prætorio fiant, non tamen ex obligatione aliqua, unde actio competat, ſed ex imperio, & ſolo officio iudicis ordinarij, uel eius cui mandata eſt iuriſdictio, proficiſcuntur: quò omnes omnium magiſtratuum cognitiones pertinent, quæ omnino extraordinaria & ſunt, & dicuntur. Nam iudicare de uſuris in iudicio bonæ fidei, & in litis æſtimationem damnare in iudicio arbitrario de eo quod certo loco, & ſimilia, aliquo modo ex obligatione ueniunt, & ob id actioni iudex ſeruit ius dicens de his rebus, & officium facit quod uocat mercenarium, id eſt minime liberum atque ſolutum, ſed ſeruum, & actioni quæ competit, ex æquo & bono accommodatum: ut in uocando in ius, in decernendis dilationibus, & cæteris quæ ſubſeruiunt actioni competenti. Hæc Bartoli ſententia, hæc uoluntas: quam ideo declaraui, quòd ſciam pleróſque uideri uelle Bartoli ſectatores, qui uerbis alijs, iureconſultorum præſertim, non poſſent eius mentem ſignificanter exprimere. Huic ſuæ

definit

definitioni, nouæq́; doctrinæ, Bartolus ipſe miſſionem in poſſeſsionem bonorum latitantis, obijcit: quæ ſeruire actioni intentandæ uidetur, non officio nobili decerni: cum tamen magis ſit imperij quàm iuriſdictionis, autore Paulo.[u] Item executionem ſententiæ, quæ & ipſa uidetur accommodata actioni propoſitæ, nec tota dependere ex cognitione, officio'ue iudicis ordinarij. Sed ingeniosè (ſi Diuis placet) reſpondet miſsionem non ui actionis inſtituendæ, ſed ex nouo edicto decerni: ideoq́; nobili officio expediri,[x] & miſti eſſe imperij. Atque ità (uti in pleriſque omnibus) tenebras offundit ob oculos eorum, quibus ſufficit Ipſe dixit. Ego quid ſentiat Bartolus, uerbis iureconſultorum, mei ſtudioſis explicabo, ut confeſtim intelligant, quod ſcribit defendi non poſſe. Ecce actio Negotiorum geſtorum, ex edicto Prætoris deſcendit, quod extat ſub titulo Digeſtorum De negotijs geſtis, ex quo edicto ius dicendum eſt actori:[y] & actio Si quadrupes, ex lege duodecim uenit, &c.[z] Sed miſsio in poſſeſsionem, ex edicto fit quod extat ſuo titulo Quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur: item executio rei iudicatæ, ex edicto De re iudicata: & ideo hæc non fiunt ſeruiendo actioni inſtituendæ, ſed ex nouo edicto: ut iure, meritoq́; miſti imperij ſint, non iuriſdictionis, apud Paulum.[a] Hæc Bartolus. Equidem non miror hæc Bartolo excidiſſe, præſertim eo tempore

u l. iubere.

x Bart. l. 4. de iuriſd.

y l. 3. de neg. geſt.

z l. 1. ſi quadr. paup.

a d. l. iubere.

pore, quo nemo doctus aliarum diſciplinarum, in iure ciuili à Iuſtiniano compoſito, erat uerſatus. Sed uehementer miror noſtro ſeculo adhuc eſſe, quibus hæc, & ſimilia prudentiæ inaniſsima perplaceant, aut certè perplacere dicant, ne doctorum hominum inucta probare uideantur. Ain' tu Bartole Ex nouo edicto? Quid? uocatio in ius ex alio edicto non proficiſcitur, quàm actio inſtituenda?[b] quid interrogatio in iure facienda, non deſcendit ex diuerſo edicto?[c] aut exceptio doli, metus, rei iudicatæ, iuriſiurandi, quæ iudicijs bonæ fidei inſunt?[d] quæ tamen omnia, non libero officio, ſed actioni ſeruiente expediuntur, ſi tibi credimus.[e] Quid quòd omnes populares actiones, publicam utilitatem ſpectent?[f] Illud fruſtrà adijciam apud Bartoli ſectatores, exceptiones in iudicijs ſtrictis, apud quemlibet iudicem delegatum opponi non potuiſſe ſeculo iureconſultorum, niſi magiſtratus qui dabat iudicia, & iudices, in iudicum exceptiones addidiſſet:[g] in bonæ fidei iudicijs, & arbitrarijs, hoc receptum fuiſſe. Vnde conſtat hæc intelligentibus, nugari planè Bartolum de officio iudicis aduerſario:[h] uti & de danda bonorum poſſeſſione cauſa cognita, & de expediendo per libellum, cum Accurſio labitur. Addit falsò, eiſdem magiſtratibus competere miſtum imperium, quibus merum defertur: cùm dubium non ſit, Prætoribus alijs ſortem iuris dicundi de re priuata, alijs

b §.ult.inſtit. de pœ.te.litig.

c l.2.de interro.in iur.

d l. planè. de pet.her.l.huius.de leg.1.

e Barto.l.1.de iuriſd.

f l.1.de popu.

g l.ædiles. de. ædil.d.l.planè.d.l.hui9. l.3. ad exhi.

h d.l.planè.

alijs de criminibus, & rebus capitalibus, obtigiſſe. In tertio gradu miſti imperij, non uno modo errat:& quòd fauore tantum minorum, integri reſtitutionem delegari putet, [i] & quòd ea quæ municipalibus magiſtratibus non competunt, ut mittere in poſſeſsionem, non poſſe mandari exiſtimet cum Accurſio. Dare bonorum poſſeſsionem, quæ tribuit ius, decernere de poſsidendo ſecundo decreto, perperam negat mandari: item iuriſdictionem uoluntariam, non rectè ad miſtum imperium refert: quæ non ſolùm mandata generali iuriſdictione tranſit, [k] ſed etiam municipalibus, apud quos legis eſt actio, competit. [l] Mandata iuriſdictione, dari corporis caſtigationem, aut ſpecialiter hanc mandari poſſe, uniuersè inficiatur: quod nuſquam relatum eſt. Vbi enim maior animaduerſio neceſſaria eſt, Prætor tutelaris ad Præfectum urbi, [m] legatus ad Proconſulem remittere debet: [n] ut Defenſor ciuitatis ad Præſidē. Leuior enim coërcitio in iure ciuiliter dicendo, illis permittitur: Defenſori etiam leuia crimina audire, & coërcere: [o] quod & Prætori urbano, & cui mandaſſet iuriſdictionem, more maiorum competebat, opinor. [p] Ad extremum, iuriſdictionem ſupra trecentos aureos, mandari non poſſe falſum eſt, [q] licet pedanei iudices, & Defenſores ciuitatum, de maiore ſumma cognoſcere, & iudicare non ſoleant. Alius enim eſt cui mandatur iuriſdictio, alius delegatus

i l. ulti. C. ubi & ap. q.

k l. apud. de ma. uind.

l l. 1. C. de emãcip. l. 4. de adop. ub. not.

m l. 1. de offic. pf. urb.

n l. ſi quid. de offi. procõſ.

o auth. de defen. ci.

p Cic. 3. de ll. l. 1. de offi. e.

q l. 1. de offi e.

pedaneusúe iudex, qui iudiciario tantum mune-
r l. à iudice. C. de iudi. re fungitur.[r] Hæc ex Bartoli commentarijs ad eadem capita, ſatis oſtendunt: quàm ſit tutum ei credere, ad reliqua capita huius tractatus. Non habeo neceſſe omnes omnium opiniones, qui poſt Accurſium & Bartolum, ex commentarijs ſapuiſſe ferè uidentur, nominatim refellere: cùm eiſdem penè definitionibus hunc locum iuris ciuilis obſcurent. Eos quì noſtra ætate ſcripſerunt, tacitis nominibus nunc refutabo: ſed ita ut breuiter uerbis eorum adductis, ipſi intelligant, quid in unoquoque deſiderem. Ait quidam, Conſilium accipi poterit pro decreto, quod in alienatione rei mino-
s l. 2. de offi. c. rum interponitur.[s] Sed ego id nuſquam relatum ſcio. Conſilium enim ex conuentu ſumitur, ut Theophilus ſcribit: quod genus conſilij, in decernendo de prædijs minorum alienandis, neceſſa-
t l. 1. de re. eo. rium non fuit.[t] Quod idem deinde ait, Poteſt & intelligi hoc tum demum procedere, cùm generaliter iuriſdictio mandatur: quoniam ob prædictam cauſam nō cenſetur in manumittendo tranſlata cognitio. Hoc quoq; tueri nemo poteſt, quòd conſilio demum opus ſit in manumittendo, cùm
u l. 3. & l. apud. de ma. uind. minor uiginti annis manumittit, &c.[u] alioquin poteſtas manumittendi tranſit, mandata generaliter iuriſdictione. Idem ad legem Placet, De pedaneis. Ipſe igitur aliter cum textum ſic expoſuerim, ut quoniam ſolebant iudices merum imperium de-

legare,

legare, &c. Imò cùm leui de cauſa quaſi non poſſent cognoſcere, Præſides cauſas quæ delegari poſſent, pedaneis delegarent, uetant Cæſares ne id faciant, niſi uel ex publica utilitate, uel ex cauſarum multitudine impediantur. Et ne quis mendosè inferat ex his uerbis, cauſas ſtatus delegari ex eiſdem cauſis poſſe: addunt Quod non ità accipi conuenit, &c. Idem ad §. Vbi decretum.[x] Scire nos oportet decretum à ſententia differre, quòd ex hac regulariter aut abſolutio ſequatur, aut condemnatio: in decreto ſolum iudices autoritatem ſuam interponunt, &c. Nos decretum, cauſa cognita (quod iuris magis quàm facti eſt) interponi à magiſtratu qui imperium habet, aut ab eo cui mandauit iuriſdictionem, dicimus:[y] & ſententiam nihilominus appellari:[z] cùm aliâs quæ cauſæ cognitionem non requirunt, per ſubſcriptionem libelli oblati poſſint expediri, & è plano. Cicero latius uſurpat, ut quæ de plano fiant, etiam complectatur: & à iudicio (quod facti cognitionem deſiderat) ferè ſeiungit. Idem de pedaneis loquens, eos eam iuriſdictionem habere ſcribit, ſine qua mandatum commodè explicari non poſsit: cùm tamen conſtet, non iuriſdictionem, ſed cognitionem & iudicationem, uel iudicium, habere.[a] Idem iureconſultus non ſatis firmis rationibus colligit ſecundum Lotarium, merum imperium ſolius Principis eſſe, Iure enim magiſtratus Prætor non exercet publicum

x l. nec. §. ubi, de offi. procunſ.

y l. 3. de bon. poſſ.

z l. ſi prætor. de iudi. l. 1. quod quiſ. iur.

a l. 5. de re iudi. l. à iudicc. C. de iudi.

iudicium, ſed tamen iure ſuo nihilominus quàm
c l. more. & ſeq. de iuriſ. qui ius dicundi ciuiliter, poteſtatem ſortitus eſt.[c]
Idem apud Duumuiros emancipari non potuiſſe
municipes, falsò ſcripſit. Eiuſdem municipij qui
ſunt, rectè apud eos emancipantur, non item qui
d l. 1. C. de emancip. ex alia ciuitate in municipium ueniunt.[d] Apud
eundem, extremum iuriſdictionis in commentario
Vlpiani, non rectè declaratur: cùm ex Ciceronis
oratione pro Quintio, ſatis conſtet extrema
eſſe iuriſdictionis prætoriæ, cùm quis uadimonium
deſerit, id eſt cautionem iudicio ſiſtendi cauſa
interpoſitam, & ob id quaſi latitantis bona poſſidentur,
ueneunturq́; ex edicto Prætoris. Qua ratione,
ſi rei mobilis poſſeſsio transferatur in alium,
ob eandem cauſam, uel ſimilem, & huius decreti
executioni non obtemperetur, pœnale iudicium
e l. conſenta. C. quo. & q. l. 5. ut lega. l. 2. ſi ex nox. l. 1. C. uti poſ. l. ult. de rei uendic. in contumacem dabitur.[e] Atq; ità intelligendum
Vlpianum, poſt explicatam Bartoli ſententiam,
breuiter admonui in commentarijs: & in margine
adfirmatiuam quorundam lectionem excudendam
typis curaui, Is uidetur ius dicenti obtemperaſſe,
qui quod extremum eſt in iuriſdictione fecit:
utcunque lectio hæc mendosè impreſſa fuerit,
typographi negligentia. Quod in refellendo Bartolo
idem ſcribit, extremum barbarè pro principio
uſurpari apud Dialecticos: apud Latinos nunquam:
Plauti locus ſubuertit: Ab extremo, inquit,
narrare incipiam, id eſt à principio, autore Symponti

pontino. Sic in omnibus rebus, in quibus ad medium ſpectamus, extrema dicimus quæ rem claudunt, ut regionis, ueſtimenti, & ſimilium extrema. Qua ratione apud Vergilium, Tu ſanguinis ultimus autor, ultimus primus dicitur tempore, quòd in computandis gradibus à medio incipiamus, hoc eſt ab eo de cuius cognatione quæritur. Nec dubium eſt, quin extrema in iuriſdictione, id eſt prima, ſimili ratione dici poſsit terna in ius uocatio, aut una peremptoria: quibus edictis qui morem non geſsit, non obtemperaſſe ius dicenti alibi dicitur.[f] Nec moueor quòd Vlpianus dicat, Cæterum ſi & ſequentia recuſauit, tunc, &c. Nam tunc interdum ità accipitur, ut tunc maximè, intelligamus: licet extremum temporis ità etiam ſignificet, ut præcedens tempus excludat.[g] Apud Ciceronem in rebus quæ principium, & finem habere dicuntur (qualis eſt iuriſdictio quæ in faciendo conſiſtit) principium & extremum, paſsim contraria ſunt: quam loquendi rationem Vlpianus ſecutus uidetur, & interpretatione ſua uerbum Non obtemperarit, ita coanguſtaſſe, ut non ſatis ſit, ad hoc edictum quod attinet, non paruiſſe uocationi, ſi quis extremum fecerit in iuriſdictione. Quod extremum, aliud eſt quando uocatus in ius non uenit, aliud quando uenit, & paruit ius dicenti uſque ad executionem ſententiæ. Et hoc Bulgarus primus oculatè uidit. Succeſsit alius conſultus

f l. contu. de re iud.

g l. 4. de con di. & de.

ætate noſtra, qui de hoc argumento librum ſingularem in quatuor parteis diuiſum edidit. Is eum cui mandata eſt iuriſdictio, loci ſeruatorem, & qui uicem alicuius iudicis obtinet, non rectè appellat: cùm hi omne imperium magiſtratus habere intelliguntur, ille ſolam iuriſdictionem.[h] Idem pedaneos iudices aliter accipi in conſtitutionibus Principum, quàm in Digeſtis exiſtimat: & pedaneos iudices dici poſſe auditores Caſtelli Pariſiorum: cui non aſſentior. Nam hi iuriſdictionem habent (quod ille fatetur) nec ex delegatione Præfecti urbi cognoſcunt: pedaneis iudicibus iudicia priuata ad trecentos aureos, à magiſtratibus, uel ijs quibus mandata eſt iuriſdictio, delegantur: & notionem, iudicationemq́;, uel iudicium duntaxat habent, non iuriſdictionem propriam, aut mandatam. Vnde conſequens eſt, ad eum cui mandata eſt iuriſdictio, perperam retuliſſe Diocletiani conſtitutionem.[i] Non probo eiuſdem, de conſilio exercendo interpretationem apud Vlpianum:[k] quandoquidem ſatis conſtet, conſilium præbere manumittere uolentibus minoribus, s.c. delatum fuiſſe Conſulibus, &c.[l] manumittere alioquin legato Proconſulis licuiſſe.[m] Sed nec quod ille Bartolo ultrò concedit, iudicem inquirere in res capitales, officio ſuo nobili, omnimodo uerum eſt. Quid enim ſi crimen legitimum ſit, id eſt lege aliqua quæſtio de crimine ſit conſtituta?[n] Nam de extraord

h auth. ut nulli. l. 1. C. de offi. e. q. uic.

i l. 2. C. de pedan.

k l. 2. de off. e.

l l. 1. de offic. conſul. l. 3. de manum. uind.

m l. apud. eo.

n l. 2. de adul.

traordinarijs criminibus, Præſidis cognitio eſt extra ordinem: ut de re pecuniaria, deficiente actione ordinaria, & extraordinaria in factum.[o] Idem nouè, dare bonorum poſſeſsionem, miſti imperij eſſe inficiatur: quòd coërcitionem non contineat. Quaſi uerò miſtum imperium, ſemper contineat coërcitionem. Licet enim Paulus imperium quod iuriſdictioni cohæret, animaduerſionem, & coërcitionem appellet, non tamen continuò omne imperium miſtum, cui & iuriſdictio ineſt, coërcitio erit. Quid? Vocatio in ius, aut decretum de uocando parente, patrono, &c. coërcitionem habet: quod imperij eſſe, locus Gellij ab eo citatus probat. Qua ratione, non ſolum coërcere iubendo ire in bona, & exequendo decretum, ſed etiam iubere cauere antè, prætoria ſtipulatione cautionali, imperij eſt,[p] & prætorium, Duumuiris minimè conceſſum, niſi ex cauſa damni infecti, iure ſingulari: quòd ea res celeritatem deſideret.[q] Perperam idem adfirmat, ſuſpecti cognitionem ſpecialiter lege tributam. Non enim legem, ſed morem adducere Vlpianus uidetur: & ideo mandata generali iuriſdictione tranſit, quaſi iuriſdictio magis quàm imperium ſit. Quanquam & imperium miſtum trãſire, mandata generali iuriſdictione, etiam defendi poteſt, ut ſuo loco ſcripſi. Eadem ratione de mulcta dicenda nunc ſentio, quæ more maiorum, iure magiſtratus ijs competit, quibus publicum iudicium

o de extr. cri. de uar. cog.

p l. iubere.

q l. 1. & 4. de dam. infec.

eſt: ideoq; mandari poteſt, atque adeo mandata generali iuriſdictione tranſit, cùm iuriſdictioni

r l. 2. qui à quib. op. cohæret.[r] Bartolus iuriſdictionem miſto imperio ineſſe, ut genus ineſt ſpeciei, non malè ſcripſit: ſed malè tam generaliter accepit iuriſdictionem, ut merum quoque imperium complectatur in miſti imperij definitione: utcunque is, quem nunc refutamus, Bartoli interpretationem defendi non poſſe, autumet. Quod idem ait, Quæ officio iudicis præſtantur, cùm non ſint in obligatione, ut uſuræ: ea mero ius dicentis officio præſtari, ut bonorum poſſeſsiones, & cætera apud Vlpianum lib.1. Re-

s l.1. de iuriſd. gularum,[s] equidem per omnia non probo. Nam mittere in poſſeſsionem, imperij magis eſt quàm iuriſdictionis: iudicare de ſorte, & uſuris, iure ſuo, magis eſt iuriſdictionis quàm imperij. Illud decreti eſt, hoc iudicij: illud totum ex Prætoris cognitione dependet, hoc non æquè: & ideo non tam ex obligatione, quàm ex officio iudicis proficiſci, alibi

t l. quęro. loc. l. qui per. de act. empt. conſultus ſcripſit.[t] Et uniuersè, quæ in bonæ fidei, & arbitrarijs iudicijs, ex officio iudicis præſtantur ea iuriſdictionis eſſe, & iudicij, non ex imperio, & mero officio magiſtratuum ius dicentium, uenire contendo: ut ſtipulationes iudiciales, quæ iuſſu eius, qui de cauſa priuata cognoſcit, interponuntur, &c. Cuius rei fortiſsimum eſt argumentum, quòd magiſtratus municipales, ea quæ magis imperij ſunt quàm iuriſdictionis, facere non poſsint: quos

quos de uſuris etiam iudicare poſſe, & de litis æſtimatione, non negabit. Idem in parte tertia ſui libri, tria capita tituli Digeſtorum De iuriſdictione, eodem loco ſcripta ab Vlpiano, repugnantibus librorum omnium inſcriptionibus, arbitratur. Sed inſcriptiones non habuiſſe cùm hæc ſcripſit, mihi ipſe perſuadeo. Quod uerò miſtum imperium coanguſtat ad coërcitionem, nullo modo defendi poteſt. Quid? iubere cauere prætoria ſtipulatione, ut damni infecti, uel legatorum, imperij miſti non eſt?[u] quæ tamen res, coërcitionem nullam habet, quæ ad explicandam iuriſdictionem pertineat. quod de omnibus cautionalibus ſtipulationibus dicendum eſt, quas ille iuriſdictionis eſſe malè putat, non imperij miſti: cum præſertim non appareat mandata generali iuriſdictione, hæc tranſire, ut dixi. In eadem cauſa eſt reſtitutio integri, quæ cum imperij ſit, nullam habet coërcitionem. Sunt enim hæc omnia decreti, non iudicij, ut mittere in poſſeſsionem.[x] Quod deinde ait, Iudiciales ſtipulationes, quæ in iudicijs interponuntur, etiam apud pedaneum, miſti imperij eſſe, plus aliquanto habet erroris. Pedaneus enim quæ miſti imperij ſunt, non habet: cùm omninò iuriſdictionem non habeat, ſed munere iudicandi tantum fungatur, ut diximus. Quod & Vlpianus, & poſt hunc Iuſtinianus ſignificat, cum ſolas prætorias, & ædilitias, à iuriſdictione magiſtratus uenire, non etiam

u l. iubere.

x d. l. iubere. l. ea quæ. ad municip.

y l.5. de uerb. ob.inſtit.de di.ſtip. etiam iudiciales, ſubijcit: [y] quæ uerba ille malè ad edictum, in eo loco retulit. Iuriſdictionem enim, id eſt officium ius dicentis, non etiam iudicantis tantum, eo loco ſignificant iuris autores: alibi etiam edicta ex quibus etiam iudiciales deſcendunt, ut rectè Theophilus ſcribit. [z] Sanè ex Prætorijs, quæ in iure etiam apud Prætorem interponuntur, quædam propter iudicium, quædam ut cautum ſit, nouandi cauſa interponi ſolent, licet nullum iudicium accipiatur. [a] In ſecundo capite De in ius uocando, non de mero imperio (ut ille putat) ſed de imperio ſiue mero, ſiue miſto, accipi debet quod de magiſtratibus ſcriptũ extat. Nam & qui miſtum imperium duntaxat habent, coërcere uinculis poſſunt iure magiſtratus. [b] Iuriſdictionem idem malè interpretatur edictum Prætoris, in quatuor locis iuris ciuilis: [c] in quibus ad factum potius, id eſt ad ius dicendum, reddendum'ue id uerbi ſpectat. Verum tamen eſt, ex iuriſdictione, id eſt edictis, quædam deſcendere, ut obligationes, & actiones honorarias. [d] Alibi denegare iuriſdictionem, [e] eſt quod uulgò dicitur, denegare iuſtitiam, quod & negare audientiam rectè dicimus. Reſtituere contrà iuriſdictionem, eſt negatam actionem, exceptionem, &c. reddere: ut apud Papinianum, admitti ad perſequendam appellationem, non tranſlata ad uictorem poſſeſsione, quod nec is caueat. [f] Quod ſolicitè quærit, qui magiſt

z de di.ſtip.

a l.1. de præt. ſtip.

b Cic.3. de ll. l.2. de ll.

c l. ſi quis. de iuriſd. l. quã uis. de ĩ ius uoc. l. 5. de uerb. obli. l. poſtquã. ut lega.

d §. ſed iſtæ. & ſequent. de actio. in prin. de obl.

e l. ſed et. de maior.

f d. l. poſtquã.

magiſtratus merum imperium habuerint, & cur Prætor, qui ius Romæ dicebat, non habuerit: ex loco quem adducit ex oratione pro Murena, intelligi poteſt. Cum enim multi Prætores deſignati eſſent, alij urbanam iuriſdictionem, alij prouincias, alij quæſtiones publicas ſortiebantur: id quod Papinianus ſignificat, & ex eodem Cicerone in Verrem, conſtat.[g] Neque uerò recipiendum eſt quod idem ſcribit, magiſtratus Romæ, propter uim imperij, meri imperij cauſas mandare potuiſſe. Imperium enim eo loco, omnem poteſtatem magiſtratuum demonſtrat, & iuriſdictionem: ut alibi ſæpe.[h] Propter uim igitur, id eſt magnitudinem imperij, iudices dare poſſunt Præfectus, cæteriq; Romæ magiſtratus, ad iudicandas priuatas controuerſias.[i] Nam ad res capitales diiudicandas, qui quæſtioni præerat eo anno Prætor, de curia ſenatoria, &c. conſcribebat iudices, quos ſortitò mittebat in urnam: qui ſortiri quidem, & eligere iudices dicebatur: item qui centumuirali iudicio præſidebat in prouincia, ſortiri iudices, & dare dicitur Ciceroni. Sed cum de omnibus magiſtratibus Romæ ius dicentibus Paulus loquatur, certum eſt de eiuſdemmodi iudicibus non ſentire, ſed de iudicibus rei priuatæ. Vt omittam quod idem Paulus ad edictum ſcribat, non ad legem aliquam publici iudicij: quodq; eum cui mandata eſt iuriſdictio, iudicem dare dicat, qui nec publicæ quæſtioni

g lib. 2.

h l. ult. de offic. procõſ. l. et ſi. de offi. eius.

i l. cum præt. de iudi.

ſtioni, nec centumuirali haſtæ præeſſe poteſt. Diſtinctionem eiuſdem, in uoluntariæ iuriſdictionis delegatione, non probo: ſed mandata generali iuriſdictione tranſire, ex iure Quiritum aio, niſi in conſilio quis manumittendus ſit,[k] ut dixi ſuo loco. Et quoniam argutè reſpondet Pauli loco de reſtitutione integri, &c. quæ iuriſdictionis, non imperij eſſe dicit: percontabor cur magiſtratus municipalis non poſsit in integrum reſtituere, & cætera Prætoria decernere? Nam his magiſtratus, & Aedilis, in ius uocari potuerunt, quòd imperium non habeant, id eſt quòd in ius ipſi uocare non poſsint, & ſi non eatur, capi, & duci in uincula, iubere: quod Prætores qui ius ciuiliter dicunt, & cæteri Romæ magiſtratus poſſunt, quiq; prouincias ſortiuntur.[l] Deinde ſi reſtituere in integrum ſemper iuriſdictionis habitum eſt, cur dubitaſſe ueteres ſcribit Iuſtinianus, utrum mandata generali iuriſdictione tranſiret.[m] Quod ſcribit poſt Accurſium, decretum ſeparationis, ſpecialiter Prætori tributum, non conſtat:[n] ut nec cognitio ſuſpecti nominatim, ſed iuriſdictionis nomine, data eſt magiſtratibus.[o] Neque eiuſdem ad caput ſecundum De iudicijs, interpretationem probo: ubi publicum iudicium magiſtratibus pop. Rom. eſſe, intelligit iureconſultus, non etiam municipalibus.[p] Præſides etiam prouinciarum, ius mulctæ dicendæ, mandatis Principum acceperunt, non

k l.1. de offic. cõſ. l. apud. de ma. uin.

l l.2. de in ius uoc. l. nec. de iniuriis. Gell. lib. 13.

m l. ult. C. ubi & ap. q.

n l.1. de ſeparatio.

o l.1. de ſuſpe.

p l.2. de iudi.

non conſtitutionibus:[q] ut meritò hoc mandari poſsit, quod ille rectè ſcribit. Mittere porrò in poſſeſsionem, prætorium eſt, nec iudici priuato (ut ille putat) competit:[r] ſed ei cui mandata eſt iuriſdictio, datur, ut executio ſuæ ſententiæ: pedaneo neutrum competit.[s] Vlpiani locum de magiſtratibus ex lege pignus capientibus, ad legem contractus ſpectare puto, non ad legem municipij.[t] In quæſtione, Vtrum data à Principe iuriſdictione, poteſtas gladij attributa uideatur? Equidem puto, ſi ad regendam prouinciam aliquam Principes mittant cum iuriſdictione, merum imperium transferre: quod ex Caſsiodori formulis apparet, quibus Princeps iuriſdictionem in prouinciales, confert Duci Retiarum, &c. Quamobrem & cum ſucceſſorem dat Præſidi prouinciæ, & iuriſdictionem ei nominatim codicillis tribuit, dubium non eſt, quin & ius gladij, & in metallum damnandi, concedat: cum ex mandatis Principum conſtet, omne eiuſmodi imperium, Præſides prouinciarum habere lege, uel conſtitutione datum.[u] Sed & cum beneficium nobile (ut uocant) Princeps alicui dat cum iuriſdictione in beneficiarios, pleniſsimam dediſſe interpretabimur.[x] Nec moueor quòd iudicandi neceſsitas, munus ſit, cùm conſtet magiſtratus municipales (qui ſolam ferè iuriſdictionem habent) honores gerere:[y] non item pedaneos iudices. Territorium, ut oppidum, abſq; iuriſd

q l. aliud. de uerb. ſig.

r Cic. in Verr. & p Quintio. auth. de exhære.

s l. à diuo. de re iudi.

t l. quęad. ad l. Aquil.

u authen. de mand. prin.

x arg. l. pen. de conſti.

y l. 1. de alb. ſcrib.

iuriſdictione donari poteſt: licet benignius interpretemur, donato à Principe territorio, iuriſdictionem quoque accedentem tranſire. Cohæret enim iuriſdictio, uniuerſitati agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, quod territorium appellamus, propterea quòd magiſtratus intra eos fines ius terrendi habeant:[z] non tamen cohæret neceſſariè domino agrorum, ſed beneficia Principum interpretantes, acceſsionem hanc donatario adiudicamus.[a] Sanè iure Longobardico, quædam ſunt beneficia, quibus à quocunque donatis, iuriſdictio tranſire intelligitur ex uerborum ſignificatione: ſi modo Ducatus, Comitatus, Baronatus donetur: quibus uerbis maxima, media, & minima iuriſdictio, moribus regionum continetur.[b] Contrà ſi iuriſdictionem dederit, non intelligitur beneficium dediſſe, quod nihil commune habet moribus cum iuriſdictione, *fief & iuſtice n'ont rien commun:* utcunque ille territorij appellatione, iuriſdictionem etiam ſignificari putet. Territorium enim uniuerſitatem agrorum ſignificat intra fines ciuitatis, non poteſtatem terrendi, licet à terrendo ſic appellatum ſit. Et hæc uſque ad uſuſcapionem iuriſdictionis, in librum eius notauimus, qui exactiſſimè hoc argumentum explicauit noſtra ætate. Hunc ſecutus eſt, qui duos libros eiuſdem argumenti, poſteritati reliquit. Is ſtatim in limine prioris libri, parum idoneum genus meri imperij, iuriſd

z l. pupill. de uerb. ſig.

a d. l. pen.

b lib. 2. feud. de cap. qui cur. uendi.

iuriſdictionem eſſe apud Bartolum ſcribit: & imperium, poteſtatem'ue potius dicendum. Sed certè, ſi imperium iuridiciale definiri, ſaltem exemplo, fateamur: propius erit genus iuriſdictio, quàm imperium. Nec dubium eſt, quin imperium iuridiciale, generaliter iuriſdictio dicatur:[c] cùm omnis poteſtas iuris dicundi de rebus uel capitalibus, uel priuatis, iuriſdictio ſit, & imperium appelletur:[d] etſi Paulus uerbum utrunque coanguſtet.[e] Quod deinde ait, legem conſtituere, iuriſdictionis non eſſe, uerum puto, niſi cùm Princeps cognoſcens decernit. ut in loco Suetonij à nobis adducto, & apud iureconſultum.[f] Alioquin legem ferre, facultatis quidem ciuilis eſt, & ad Principem nunc pertinet, non tamen ad eius iuriſdictionem. Sicut inſignia Ducum, Comitum, &c. ad ipſos quidem ſpectant, non ad iuriſdictionem eorundem, ſed ea tantum quæ ſummæ, mediæ, infimæ iuriſdictionis eſſe, moribus dicuntur. Legem ferre, inquit, ad utilitatem priuatam, non publicam pertinet. Sed Bartoli uerba captat, qui ius conſtituentem Principem, non ad utilitatem alicuius priuati litigatoris, poſtulatori'ue ius dicere, ſed ad omnium, qui ea lege agere quandoque uolent, intelligit. Leges enim ſanctę ſunt,[g] & publicæ, cõmunesq́; omnium ciuium, non ſingulorum. Nihilominus captat eiuſdem uerba Ad publicam utilitatem principaliter, &c. Omnes enim criminum executiones, ad

c l.1.de offi.e.
d l.ulti.de offic.proconſ.
e l.3. & 4.de iuriſd.
f l.1.de cõſti.
g l.ſacra. de re.di.

publicam utilitatem ſpectant principaliter, cùm nihil priuati delatoris peculiariter interſit, eum qui deliquit, ordine, uel extra ordinem coërceri: licet publica iudicia, id eſt legum publicorum iudiciorum non ſint: quæ executiones cuilibet plerunque dantur, & maximè ad ſtatum rei Romanæ conſeruandum, uiſæ ſunt legum latoribus neceſſariæ. Quòd idem primus omnium poſt natos homines ſcripſit, merum imperium non eſſe poteſtatem cognoſcendi, & iudicandi de criminibus, ex iure ciuili quidem, ſi pertinacius tueatur, haud facilè fortaſsè refutes: propterea quòd hoc uerbi, nuſquam alibi reperiatur.[h] Sed tamen cùm nullis imperijs, poteſtatibus'ue, abſque cognitione, & iudicatione, dari ſolita conſtet, uti nec ciuilium cauſarum ferè: cur ad ſolam executionem rei iudicatæ, hanc poteſtatem referat, percontari licebit. Deinde, cùm imperium Prætoris, qui ius dicit, in decernendo alia omnia, quæ ſpecialiter ei tributa ſunt, uel iure magiſtratus competunt, iuriſdictionis generaliter & ſint, & apud ſcriptores omneis Latinos eſſe dicantur: cur non & imperium in exequendis iudicatis, eadem generali appellatione contineatur? Hoc enim ad iuris dicundi poteſtatẽ ſpectat, licet magis ſit imperij quàm iuriſdictionis, uti decreta alia. Cogebantur, inquit Cicero de iuriſdictione loquẽs, Syllani homines, quæ per uim abſtulerant, reddere. Marcellinus lib. XXI. Paucis poſt

h L.3.de iuriſ. L.1.de offi.c.

diebus exploratius ſpectato negotio, Mamertino tum iudicante Præfecto prætorio, Nigrinus exuſtus eſt uiuus: Rumulus uerò & Seboſtius, pœnali conſumpti ſunt ferro. Quid ego infinita perſequar, quæ tam in iure ciuili, quàm apud alios ſcriptores obſeruaui? edictum enim Prætoris De re iudicata, rei iudicatæ executionem pollicetur: [i] quam ex iuriſdictione Prætoris uenire non negabit. Quid quòd extremum in iuriſdictione, executio decreti ſit plerunque? [k] quid quòd in exequendo nihilominus quàm in decernendo, & ſententiam ferendo, iudex appelletur magiſtratus? [l] Omitto quòd ex Lampridio, & Capitolino ſatis conſtet, honores iuris gladij, & poteſtatem gladij, non ad executionem ſententiarum, ſed ad uniuerſam magiſtratus poteſtatem, apud iureconſultos referri oportere. Gladio enim cingũtur magiſtratus, ad hanc poteſtatem demonſtrandam: & ideo figuratè omnem poteſtatem coërcendi facinoroſos, ſignificat gladij poteſtas: quamuis alioqui gladio animaduertere, gladio, non ſecuri, &c. exequi iudicatum, ſimpliciter ſignificet. Nam & Notionis uerbum, nunc notionem tantum, cognitionem'ue, nunc cognitionem & iudicationem demonſtrat: quòd plerunque de qua re cognouerit iudex ſpecialis, de ea ferre ſententiam cogatur. Sic iuriſdictionis appellatio, nunc ad ius, nunc ad factum ſpectat, ut imperij. Item nunc edictum, decretum, iu-

i l. 4. de re iu.
k l. 1. ſi quis ius di.
l l. 2. C. qui latro.

dicium, nunc anguſtius iudicium, ſeu iudicationem iuriſdictionis uerbum continet, aut certè poteſtatem hæc ſuo iure faciendi: ut meritò ſiue poteſtatem imperandi, ſiue iuſſum ipſum, imperium interpretetur, iuriſdictio rectè appelletur, non ſolum merum imperium. Quid? Num exercere publicum iudicium dicitur Prætor iudex quæſtionis, cùm præeſt iudicio publico, & de conſilij ſententia, damnat facinoroſum? quod & merum imperium, & iuriſdictionem, Papinianus appellat.[m] Et hoc quidem argumentum eiuſmodi eſt, ut nihil quod ſpeciem ueri præ ſe ferat, reſponderi poſsit: modo ex Cicerone repetatur,[n] quid ſit exercere publicum iudicium. Quòd Conſules neget, exequi ſententias ſuas capitales potuiſſe, ius dicere de capite potuiſſe adfirmet: Pomponius quem adducit, non probat. Quinimò quod dixit prius Animaduertere non potuiſſe iniuſſu populi, deinde dixit Ius dicere non potuiſſe; ut uel hinc conſtet, animaduerſionem, ius dicendi poteſtatem demonſtrare interdum, aut iuris dictionem ſignificare executionem ipſam: quorum utrunque ille negat. Metaphoras reperiri apud iureconſultos in definitionibus, idem inficiatur: quod M. Cicero contrà in Topicis ſcribit, & receptam translationem, ad proprietatem ſermonis, Fabius refert. Cauillatur Præſides ius gladij habere, qui tamen non habent ius deportandi. Sed præſides ius gladij, abſq; figura ha

m l.1. de off. c.

n In Verr. pro Arch.

ra habere dicuntur, & damnandi in metallum: figuratè ius gladij id eſt merum imperium habere dicimus, licet nō omne. Et ideo gladio cingebantur, uel faſces præferebantur, ut de conſulari Caſsiodorus ſcribit, & frequens eſt, corripere faſces, pro accipere imperium. Si ſimpliciter loqui uelimus, poteſtatem gladij, uel alterius grauioris coërcitionis, pro mero imperio, cum iureconſultis dicemus. Atque illud, inquit, profiteri auſim, quoties de rei criminalis cognitione agitur, nunquam iureconſultum, imperij meri uerbis uti. Et hoc quidem enuntiatum eiuſmodi eſt, ut ſi falſum eſſe ex iure Quiritum oſtendero: tota hæc noua doctrina ſubuertatur. Equidem nō audeo, quod aſſeuerat quaſi oraculum, uel ſcholæ habendæ gratia ponere: quandoquidem Papinianus diſertè, & cognitionem ex s.c. & exercitionem publici iudicij, merum imperium, & animaduerſionem appellet; per cognitionem, etiam iudicationem ſignificans, & contrà per animaduerſionem, etiam antecedentem cognitionem.[o] Sic alios ſæpiſsimè locutos, ex ſupraſcriptis apparet. Adde quòd iudex ordinarius, qui exequitur ſententiam, ex ſua iuriſdictione id faciat:[p] quod ex diametro eius dogmati repugnat, qui executionem ſententiæ ad merum imperium refert. Porrò legatos Proconſulum, proprium nihil habere dicit, quòd merum imperium non habeant: unde colligit merum imperium non eſſe cognoſcendi,

o l. 1. de offi. c.

p l. prope. §. ſin autē re°. C. de iudi.

ſcendi, & iudicandi de criminibus poteſtatem: quandoquidem cognitio eis mandari ſolita ſit. Sed Vlpianus hoc genus mandati extraordinarium eſſe dicit:[q] quòd ordine poteſtatem gladij ad eos transferre Proconſul non poſsit: id eſt cognoſcendi, iudicandi, & exequendi res capitales. Id quod idem Vlpianus ſignificat his uerbis, Cum accuſari apud eum non poſsint: quod ex eo infert, quòd gladij poteſtatem non habeant legati. Apud Capitolinum, legato Gordiani Proconſulis, gladij poteſtatem datam fuiſſe extra ordinem, ſuprà oſtendi: quod rectè atque ordine, id eſt ordinario iure, aut more maiorum fieri non ſolebat. Et ideo Vlpianus poſtquam de iuriſdictione ciuili mandanda legato dixit, ſtatim adiecit Solet, &c. non Debet, ut ſuprà dixerat. Quòd idem ſubtilis diſputator ait, legatum Proconſulis proprium habere mandata iuriſdictione, id mendoſè colligit. Non enim rectè cluditur, Legati nihil proprium habent, niſi à Proconſule mandata eis ſit iuriſdictio: ergo ea mandata habent proprium. Eſt enim cludendum habere iuriſdictionem mandatam, exequi alienam, uel alieno beneficio, non ſuo iure habere, & eius qui mandauit iuriſdictione uti:[r] nec oportet captare uerba iurecconſultorum, aut legum.[s] Sermo hercule & familiaris, & quotidianus, non cohærebit, ſi uerba inter nos aucupabimur. Negandum eſt igitur Vlpianum ideo dixiſſe, Nihil

q l. ſolet. de offi. procõſ.

r l. more. & ſeq. de iuriſd. l. etſi. de offic. e. l. 1. eo.

s l. pe. ad exh.

hil proprium habere legatum, quòd merum imperium non habeat: ſed quòd aliena iuriſdictione utatur: iuriſdictione, inquam, non mero imperio. Verius eſt enim, &c. Scio hoc loco proprium, pro ſpeciali iuriſdictione, quæ iure magiſtratus non competit, probabiliter accipi poſſe: ſed alibi aliter,[t] quo modo & huic loco conuenit. Quod deinde colligit, ideo propriam habere iuriſdictionem, quòd iudicem dare poſſit legatus, uerum non eſt. Nam qui aliena iuriſdictione utitur, iudicem pedaneum quidem dare poteſt,[u] qui iuriſdictionem non habet, ſed cognitionem, & iudicium ſeu iudicationem:[x] mandare uerò iuriſdictionem prius ſibi mandatam non poteſt, cùm non ſit ſua.[y] Falsò Præfectum urbi, iuriſdictionẽ ſuam omnem mandare poſſe ſcribit: cum nemo ius gladij, uel cuius alterius coërcitionis atrocioris poteſtatẽ, transferre poſſit.[z] Iudicem priuatum certè dare poteſt ad diiudicandas ciuiles controuerſias, quarum habet cognitionem:[a] & ad eaſdem cognoſcendas rectè mandat iuriſdictionem, ut ad leuia delicta coercenda. Captat Bartoli uerba, qui miſti imperij eſſe ait, eijcere aliquem de poſſeſsione: id eſt cogere de poſſeſsione decedere, extra ordinem exequendo decretum ſuum, & quidem nullo dato interdicto.[b] Non rectè, olim merum iudicis officium, pro interdictis fuiſſe dicit. Nam in factum actionem pro interdictis Prætores ſæpe pollicitos

t l. legati. de offi. procóſ.

u l. 2. qui à quib.

x d. l. 5. de re iudic.

y d. l. more.

z d. l. ſolet. l. nemo. de regul. iur.

a l. cum prætor. de iudi.

b l. 5. quib. ex cau. in poſ. l. 3. ne uis.

c L.1.et 10.quæ in frau. cre.

eſſe conſtat. [c] Dare ætatis ueniam, ad iuriſdictionem Principis, non ſine cauſa dicitur pertinere: cùm ſit decreti principalis, & ab eo poſtuletur ut id decernat. Quod uel ex Suetonij loco, de iuriſdictione Principis in reſpondendo poſtulatoribus, confirmari poteſt. Sed ille cum quo nunc contendo, ad diſtrahendas controuerſias duntaxat, iuriſdictionem refert, cùm alius actor, alius reus apparet: quod tamen in decretis ius dicentium, non ſemper locum habet. Cùm enim de plano datur bonorum poſſeſsio, cùm decernitur tranſactio de alimentis, cum decretum interponitur de prædijs minorum uendundis, cum poſtulatoribus alijs reſpondetur per libellum, ubi reus eſt? quæ tamen omnia ad iuriſdictionem pertinere, ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Captat eodem loco eorum uerba, qui miſti imperij eſſe aiunt, dare bonorum poſſeſsionem, & dare iudicem, quòd etiam iuriſdictio, huic inſit imperio, id eſt, non ſolum imperium, ſed etiam iuriſdictio dicatur. Ille falsò ſcribit, accepiſſe iuriſdictionem hoc loco, ut apud Paulum, qua ius dicitur actionem habentibus. [d] Miſtum enim imperium, eſt imperium, quod eſt etiam iuriſdictio, ſi latius hoc uerbi uſurpes. Iuriſdictio, anguſtiore ſignificatione, imperium non eſt, quod quidem magis ſit imperium, quàm iuriſdictio: & ſi generaliter omnis poteſtas magiſtratus, imperium dicatur. [e] In reſcripto D. Pij, malè iudi-

d L.iubere. de iuriſd.

e L.poteſta. de uerb. ſign. l. ulti. de offi. procon.

ces datos accipit pro ijs,quibus mandata iuriſdictio eſt. Nam hi ſententias ſuas exequuntur, & iudicum à ſe datorum: illi non exequuntur ſuas ſententias. Falſum eſt apud eundem iudicis officium non eſſe,ubi actio competit: licet non ſit officium merum abſque actione.[f] Item executionem ſententiæ in ciuili iudicio latæ, ſpecialiter magiſtratibus tributam eſſe conſtitutione, defendere nullo modo poteſt. Non ſatis eſt, reſcripto nominatim tribui magiſtratibus,ſed lege, s.c. aut conſtitutione deferri oportet, & quidem nouè:nec ſatis eſt iuriſdictionem iure magiſtratus antè competentem, his partibus iuris alicui magiſtratuum attribui. Adde etiam, reſcripto non ſolum magiſtratibus, ſed etiam ijs,qui alioquin iudices dare poſſunt, iuriſdictionem tribui.[g] Idem nouam ſuam opinionem de mero imperio, infirmat, nec ſibi ipſe reſpondere poteſt. Sententiarum, inquit, ciuilium executio, delegari poteſt: igitur non eſt meri imperij.Quibus addam non extraordinarium,ſed ordinarij iuris eſſe, cognitionem criminum legato mandare:[h] ſi omnia,præter executionem (ut ille ait) iuriſdictionis ſunt, quæ tranſeat in eum cui mandatur. Sed ſatis nunc in hanc hæreſim dixi, quam uir & doctus, & ad inueniendum ſubtilis, ipſe aliquando explodet: quæ nihilo minus in miſti imperij definitione, quàm in meri, ab uſu loquendi ſcriptorum omnium recedit. Quod ait,da-

f Inſt.de offi. iudi.

g l.à diuo. de re iudi.

h d.l.ſolet. de offi.procõſ.

re bonorum poſſeſsionem, ſemper cauſæ cognitionem poſtulare, cùm ius tribuit, uerum non eſſe ex Vlpiano conſtat:[i] litis uerò ordinandæ gratia dare, tam eſt miſti imperij, quàm ſi ex alia cauſa detur. Quæ enim prætoria ſunt, & à ſolo eius officio proficiſcuntur in iure dicundo, miſti ſunt imperij. Quæ uerò à iudice pedaneo explicantur, quem Prætor iuſsit iudicare, magis ſunt iuriſdictionis, quàm imperij. Cui mandata eſt à Prætore iuriſdictio, quæ prætoria ſunt poteſt, niſi lege, &c. ei tribuantur. Et hæc omnia, ex ſupraſcriptis iuris, & aliorum ſcriptorum locis confirmare, nullius negotij eſt. Vnde & illud falſum eſſe conſtat, interdicta miſti eſſe imperij. Dare interdictum, ut dare actionem, miſti eſt imperij, & prætorium: ſed uindicias dicere, uel iudicare alioquin ex interdicto reddito, iuriſdictionis fuit, quæ auguſtiſsimè ſic apud Paulum appellatur.[k] Quod ita accipio, ſi iure ſuo quis iudicet, non ut pedaneus, qui ſolam (ut ſæpe dixi) notionem, non iuriſdictionem propriam, uel mandatam, habet. Damni infecti cautionem mandari non poſſe, & ſpecialiter Prætori datam eſſe lege, &c. idem perperam ſcribit. Non enim iudicia, quæ Prætor edictis ſuis pollicetur, lege ei ſpecialiter tribuuntur, ſed edicto: quod nihil impedit, quo minus mandentur. Exequi iuriſdictionem, malè accipit pro exequi ſententiam:[l] & ſuam ipſius doctrinam ſubuertit: quia is qui

i l. 3. de bon. poſſ.

k d. l. 4. de iuriſd.

l l. 3. de offi. c.

exeq

exequitur iuriſdictionem, ius dicit, quod ille ei negat, qui ſententiam exequitur: & merum imperium tribuit. Duas res Prætorem mandare ſolere magiſtratibus municipalibus, cætera iuriſdictioni ſuæ reſeruare, malè ad delegationem retulit. Edicto enim Pretor hæc magiſtratibus delegauit uniuersè, non prout res incidit delegare ſolet.[m] Cætera ità ſuæ iuriſdictioni reſeruauit, ut ea mandata tranſeant, cum nulla lege ſpecialiter ei tribuantur. Iudiciales ſtipulationes, quæ iuſſu cuiuſlibet iudicis interponi ſolent, magis imperij quàm iuriſdictionis eſſe, & nihilominus magiſtratibus municipalibus competere, falsò adfirmat. Sunt enim iuriſdictionis magis quàm imperij, cum Prætorem, uel cui is mandauerit iuriſdictionem, non requirant.[n] Dare iudicem, prætorium eſt, & imperij miſti, non (ut ille putat) iuriſdictionis ſimplicis: & ut multa eius ſcriptoris enuntiata infirmem, quæ Prætorem, ſimilem'ue poteſtatem, aut cui ab his mandata ſit iuriſdictio, deſiderant, imperij ſunt: quæ & iuriſdictione egere, & à iudicum ordinariorum autoritate pendêre, intelligit Iuſtinianus:[o] mandata tamen iuriſdictione hæc tranſeunt, niſi ſpecialiter lege tribuantur.[p] Magiſtratus municipales, ideo imperium poteſtatem'ue non habent, quòd ea quæ magis imperij ſunt quàm iuriſdictionis, non habeant: utcunque ille poteſtatem habere putet, & imperium:

m l. 1. & 4. de dam. infe.

n l. ea quæ. ad municip.

o auth. de defen. ci.

p d. l. 1. de offi. eius.

rium: nec ob id in ius uocari poſſe.Papiniani uerba,Et ſi quæ ſunt ſimiles,non arguunt publica tantum iudicia mandari non poſſe:ſed ſignificant ſingulis quæſtionibus publicis, ſingulos Prætores ſorte præeſſe:quod ex locis illis Ciceronis in Verr. & pro Murena, conſtat. Vnde mendosè colligit, Præfectum urbi, quæſtiones extraordinarias grauioris animaduerſionis, mandare poſſe: quod regulæ Vlpiani manifeſte repugnat.[q] Taceo infinita apud eundem ſcriptorem,quæ ex meri, & miſti imperij definitionibus nouè confectis,primus collegit. Scripſit alius poſt hunc in legem, cuius caput Imperium, breuiter,& dilucidè; ſed in eo quoque nonnihil deſidero. Quòd uerba iureconſulti aliter diſtinguat quàm cæteri, Miſtum eſt imperium (cui etiam iuriſdictio ineſt) quod in danda bonorum poſſeſsione conſiſtit: nihil recedit à noſtra, & quorundam ſententia, niſi quòd ſolo exemplo miſtum imperium, ut merum, demonſtratum dicat. Quòd uerò merum imperium definit poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines, pœnis uel lege, uel s. c. uel conſtitutione Principis conſtitutis, addendum fuit, uel extraordinarijs. Quid enim ſi crimen legitimum non ſit,cuius pœna à Præſide, uel Præfecto urbi, extra ordinem ſtatuatur? Nam ad gladium,& beſtias, qui extra ordinem de criminibus cognoſcunt, damnare poſſe conſtat.[r] Ait deinde, Illud uerò imperium, quo urbis

q l. ſolet. de offic procõ. l. nemo, de reg.iur.

r l.1.de abig. l.pe. de cri. ſtell.

urbis Prætor in danda bonorum poſſeſsione utitur, miſtum eſt:quanquam enim officio ius dicentis contineatur,& iuriſdictionis nomine cenſeatur, magis tamen imperij naturam redolet, quàm iuriſdictionis: quæ ſi ad exactum iudicum reuocetur, aliud nihil eſt, quàm æquitatis quædam præceptio & præſcriptio, ad quam qui de priuatorum controuerſijs dantur à Prætore iudices, ſuam dirigant accommodentq́; ſententiam. Ego conſtituere, dare, aut reddere iudicium, & quodam modo poteſtatem agendi facere,imperij magis quàm iuriſdictionis eſſe contendo. Eſt enim hoc decernere (quod ille fatetur) non cognoſcere iure ſuo, & diſtrahere iudicando priuatam controuerſiam:quod propriè iuriſdictionis eſt Paulo,& Martiano.[s] Deinde dare iudices,imperij miſti eſſe non inficiatur: cur igitur dare iudicium,iuriſdictionis ſimplicis,& puræ erit? Vtrunque enim decretum eſt, non iudicium, uel quod ferè idem eſt iuriſdictio: niſi latius id uerbi uſurpemus, & utrique decreto iuriſdictionem etiam ineſſe dicamus. Nec moueor quòd ius dicere Prætor urbanus dicatur, cùm priuata iudicia in iure concipit. Nam non per ſe ipſe ius dicit, ſed per iudicem priuatum cognoſcit, & iudicat: quod prius propriè eſt ius dicere, & ſine ulla iuris interpretatione: uel quod idem eſt iureconſultis, ius reddere: *faire droict, & iuſtice.* Qui enim iudicium reddit, non ius reddit, ſed formulam

s l. 4. de iuriſd. l. 3. de offi.c.

lam

lam ex iure ciuili, uel prætorio componit, quam in iudicando dati iudices ſequuntur. Iura nanque reddere dicuntur propriè, autore Pomponio, per quos effectus legum, ſenatuſconſultorum, & reliqui iuris conſtituti accipitur:[t] quod cum magiſtratus per alios præſtant, imperio magis quàm iuriſdictione uti, rectè, opinor, cum Paulo dixeris.[u] Sanè cum magiſtratus ipſi conſtituto in iure iudicio, cognoſcunt, & ſententia ſua dirimunt controuerſiam, propriè ius dicere tunc dicuntur: quod Vlpianus ad edictum De re iudicata, ſignificat diſertis uerbis. Cùm enim edictum eſſet propoſitum his uerbis, Si quis condemnatus erit ut pecuniam ſoluat, ab eo cuius de ea re iuriſdictio eſt, &c. Melius, inquit, dixiſſet, Cuius de ea re notio eſt: nimirum quòd condemnare poſsit ut pecuniam quis ſoluat, non ſolum cuius iuriſdictio eſt, magiſtratus: ſed etiam pedaneus iudex, qui ex alia cauſa habet notionem & iudicationem: non quòd ſuo iure ius dicere poſsit, ut magiſtratus. Adde non negaſſe Vlpianum, iuris interpretatione edictum defendi poſſe, ſed magis propriè edicere Prætorem potuiſſe, eum ſignificaſſe, cum ſcripſit Melius dixiſſet, &c. Qui enim iubet ius dicere, uel iudicare, ipſe ius dicere intelligitur: & ideo ab eo condemnatus litigator ut pecuniam ſoluat, cuius de ea re iuriſdictio eſt.[x] Ait deinde, iuriſdictionem prætoriam, cum latius uſurpatur id uerbi, tribus in rebus poſitam

t l.2.de orig.

u d.l.4.de iuriſd.

x l.ulti.C.ubi & ap.q.

tam omninò, in decernendo, in iudicijs conſtituendis, & in dandis iudicibus. Hæc ego omnia ad decreta refero: licet interdum decretum à iudicio dato ſeiungatur apud Ciceronem: & apud iureconſultos quod decernitur de plano, decretum propriè non appellatur:[y] omnis ſententia Prætoris cauſa cognita dicta, decretum uocetur.[z] Et ideo officium aſſeſſorum in his cauſis ferè cõſtare aiunt, In cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis.[a] Adde etiam ad iuriſdictionem prætoriam, edicta perpetua referri oportere. Verſatur & in diiudicandis cauſis nonnunquam Prætor, uti ex Cicerone De legibus, Aſconio, Gellio, & quamplurimis iureconſultorum locis oſtendi. Item de ijs, quæ miſti imperij ſunt. Quæ quanquam, inquit, ſine cauſæ cognitione expediri non poſsint, ſine iudicis tamen ſententia poſſunt. Ego quædam è plano, & abſque cauſæ cognitione, & interdum per libelli oblati ſubſcriptionem, expediri demonſtraui: quæ ideo adijcio, ne iuuentus labatur. Quod ait, Iudicio ſic reddi à Prætore ſolita, Si paret L. Titium à Sex. Mæuio in ea re, qua de ex iure agitur, dolo malo circumuentum, Sex. Mæuius L. Titio quadruplum eius rei, qua de ex iure agitur, dare damnas eſto. Equidem miror, cur iudicium doli mali, in quadruplum reddi à Prætore ſolitum putet: quod nuſquam relatum eſt. Quod uerò ſubijcit, Iudicem datum de facto tantum

y l.3. de bon. poſſ.
z l.ſi prætor. de iudic. l. nec. de offi. proconſ.
a l 1. de offic. aſſeſſ.

tum

tum cognoſcere, ius habere ex quo iudicaret, non eſt omnimodo uerum. Iudicia enim priuata maximarum rerum, in iureconſultorum poſita ſunt prudentia: præſertim in quibus Ex bona fide additum eſt. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, &c. Neque ſolùm de facto, ſed de iure in his ambigitur, ut Cicero ait in Topic. & lib. I. de Oratore. Ait deinde, Prætorem urbanum ius dixiſſe, decreuiſſe legimus, iudicaſſe inter priuatos non legimus. Nos ex Cicerone De legibus, & in Verrem, Gellio, Aſconio, atque adeò ex uarijs iuris locis, tam urbanum, quàm prouincialem Prætorem iudicaſſe, neque ſolum decreuiſſe (quod iudicare interdum dicitur) ſed etiam ſententiam in iudicio, in quo de facto ambigitur, dixiſſe oſtendimus. Ecce qui iuriſdictioni præeſt urbanus Prætor, non poteſt libertis ſuis ius dicere: idem tamen poteſt eatenus ius dicere, dum iudicium conſtituatur. Non eſt igitur ius dicere, iudicium duntaxat conſtituere in iure, ſed ultra etiam progredi, & iudicare per ſe, uel per alium. Cum Accurſio perperam ſeparat modicam coërcitionem à miſto imperio in magiſtratibus populi Romani. Tranſit enim miſtum imperium cum iuriſdictione, ſi nō omne, certè quod iuriſdictioni cohæret: ut modica animaduerſio, coërcitióue in eum, qui in ius uocatus non uenit, &c. Idem, gladij poteſtas, inquit, exemplum eſt meri imperij, ut dare bonorum poſſeſsionem,

nem, miſti. Ego gladij poteſtatem, etiam omnia meri imperij continere figuratè, ex Capitolino, & Lampridio, docui: non diſplicet tamen ſi exemplum dicatur, & abſque metaphora hæc uerba accipiantur. Ait, Miſti autem imperij quæ ſunt, in prouincia nominatim legato à Præſide mandari poſſunt. Imò quæ iuriſdictioni cohærent, mandata generali iuriſdictione tranſeunt, ut ex Paulo conſtat. Ait, Prætor urbis, omnium cauſarum nemini cognitionem mandat. Vnde hoc didicit? Nam & uniuerſam, & omnem iuriſdictionem mandare Prætorem, iureconſulti ſentiunt.[b] Ait, Vniuerſitatem cauſarum priuatarum & ciuilium, Præſes legato mandare poteſt, ius conſtituendi poteſtatem non poteſt. Hoc enim ipſius Prætoris honori, & dignitati cõceditur, ut ius in ſuum duntaxat annum conſtituat. Ecce qui dixerat iuriſdictionis propriæ & ſimplicis eſſe, conſtituere iudicium, nunc negat mandata iuriſdictione hoc transferri. Nam paulo antè, ius conſtituere, pro eo quod eſt iudicium conſtituere ſcripſerat. Vtrum edicta proponere is poſſit, cui mandata iuriſdictio eſt, quæri poteſt. Et puto more maiorum, non lege, hoc Prætori competere: ut meritò & hoc tranſire poſsit in eũ cui mandetur. Deinde ait, Quę ſunt miſti imperij, legatum cui mandata ſit iuriſdictio, exequendi poteſtatem non habere: ſpecialiter mandari poſſe. Ego quæ coherẽt iuriſdictioni, mandata ea trãſire, ſuprà oſten-

b l. ſolet. & ſeq. de off. c.

di.Proprætores,inquit,ſæpe iureconſulti Proconſules uocant. Ego Caium ad edictum prouinciale ſcripſiſſe ſcio,& edictum Procōſulis, ſæpius quàm edictum Prætoris,interpretatum. Cur Cicero interdum Proconſulem Prætorem dicat,ſuprà commoneſeci iuuentutem,& ex Pædiano id diſcere licet. Veteres,inquit,omnes magiſtratus,quibus pareret exercitus,Prætores appellauerunt.Cicero de legib.Regio imperio duo ſunto,ijq; præeundo,conſulendo,iudicando,Prætores,Conſules,Iudices appellantor.Huic ſucceſsit et alius ſcriptor de iuriſdictione.Is capite XXI.Putarem,inquit,obſeruanda aliqua,quæ magiſtratibus ſpecialiter concedantur: ut eſt datio tutoris,ſententiæ executio,ius mulctæ dicendæ,animaduerſio, reſtitutio in integrū, miſſio,cautio.Ego ſententiæ executionem, mulctę indictionem,reſtitutionem, miſsionem in poſſeſsionem,& cautionem prætoriã,iure magiſtratus competere aio: & ex ſuprà ſcriptis plus quàm manifeſtum eſt. Idem cap. XXIIII. meri imperij exercitionem pro ſolo uſu perperã interpretatur. Nam quam lex defert,iuriſdictio aliena non eſt, ſed propria.[c]Idem XXXI. falsò ait miſtum imperium,poteſtatem eſſe ſpecialiter conceſſam:& in integrum reſtitutionem non tranſire, niſi ſpecialiter delegetur. XXXII. cap. nihilo melius ſcribit, cautionem damni infecti delegari, mandata generaliter iuriſdictione.Edicto quidem magiſtratibus municipalibus

c l.& quia.de iuriſd.l.1.de offic.c.

libus Prætor ſemel delegauit, ut dixi: ſed generali iuriſdictione mandata, non tranſire uerius eſt: at ità demum ſi ſpecialiter mandetur.[d] Deinde, in omnibus bonorum poſſeſsionibus dandis, cauſæ cognitione opus eſſe, defendere non poteſt: cum pleræq; omnes è plano dentur, nec decretum deſiderent.[e] Interdicta non rectè ad miſtum imperium refert, niſi ipſum decretum, non cognitionem ex interdicto, intelligat. Dare enim interdictum, ut dare iudicium, decernere eſt, magis quàm ius dicere. Mores tamen quarundam regionũ poſt Bartolum, ad mediam iuriſdictionẽ interdicta (quæ *applegement* uocant) retulerunt. Idem XXXVIII. cap. Ego nihil aliud iuriſdictionem eſſe arbitror, quàm iuris dicendi officiũ, iure magiſtratus conceſſum: hæcq; iuriſdictio in ciuilibus cognitionibus, & deciſionibus conſiſtit, item & delegationibus. At miſtũ imperium in ciuilibus executionibus, & omnibus extraordinarijs perſecutionibus conſiſtit. Vnde conſequens eſt, ea quæ iuriſdictionis ſunt, tam generaliter, quàm ſpecialiter mandari poſſe. In hac noua interpretatione, non ſimplex error mihi eſſe uidetur. Nam iubere cauere prætoria ſtipulatione, & in poſſeſsionem mittere, miſti imperij ſunt: quæ tamen extraordinariæ perſecutiones non uocantur: ſed cognitiones magiſtratuum ſic appellantur. Quòd ſi ità loqui nobis permittamus, quòd nulla actio in hoc data ſit: eadem ratione delegatio miſti

d l.3. de offi.

e l.3. de bo. poſſ.

erit imperij. Quid quòd cognitio Præſidis extra ordinẽ,ciuilis cognitio ſit,quæ tamen imperij magis eſſe uidetur,& Præſidem,uel Prętorem deſiderat? Quid quòd ea quæ miſti imperij ſunt,ut executio ſententiæ,extra ordinem perſecutio, iubere cauere, & cætera quæ magis imperij quàm iuriſdictionis eſſe dicuntur,iure magiſtratus competant? Non enim ſpecialiter lege aliqua tribuuntur, & mandari poſſunt omnia,uel generaliter,ut quę cohærent iuriſdictioni,uel ſpecialiter, ut quæ nõ cohærent. Quòd ſi iuriſdictionis eſſe dicat quę cohærent iuriſdictioni,cætera miſti imperij: cautionales ſtipulationes, quæ Prætorem deſiderant, non cohærent iuriſdictioni, quæ extraordinariæ perſecutiones non dicuntur, ſed poſtulationes & decreta. Item contrà,coërcere in ius uocatũ modica coërcitione, cohæret iuriſdictioni: quæ tamẽ in deciſione negotij non conſiſtit: nec ad miſtum imperium referre poteſt,quod nõ niſi ſpecialiter mandari ſignificat, & in executionibus, & perſecutionibus extraordinarijs conſiſtere. Falsò ab eodem ſcriptũ eſt, legatum Proconſulis ſpeciale ius habere in mandanda iuriſdictione, & eundem propriam iuriſdictionem habere. Eius enim qui mandauit, iuriſdictione utitur,ut Papinianus ſcribit.[f] Inter mandatam porrò iuriſdictionem,& delegatam,diſcrimen malè conſtituit. Siue enim mandata, ſiue data, ſiue delegata ſit iuriſdictio,iudex dari poteſt: non etiã ſi

f l.1.de offi.c.

caaſa delegata ſit, uel iudex ad iudicandum delegatus. Sed ille, opinor, rectè ſenſit, etſi malè id eloquatur. Idem rurſus XXXIIII.cap. Adde iudicis merum officium, à lite conteſtata naſci: iuriſdictio etiam & ante litem dicitur.[g] Sed hæc parum idonea mihi uidentur, ad ſubuertendam Bartoli opinionem, & definitionem: qui officium iudicis mercenarium dicit, tam de iudice ordinario, quàm de priuato ſentiens: Vlpianus de iudice dato uerba facit, qui nihil poteſt ſtatuere de ijs, quæ ante iudicium ab Aedilibus datum contigerunt, niſi nominatim in formula iudicij expreſſum ſit. Ex aliena uerò iuriſdictione uocare, nihil pertinet ad iuriſdictionem ſimplicem, de qua Bartolus loquitur: ſed figuratè locum in quo iuriſdictionem magiſtratus exercet, iureconſultus demonſtrat. Ad extremum ad iuriſdictionem pertinentia breuiter perſtrinxit, & dilucidè, uno capite, quidã ex æqualibus noſtris. Ius dicere, inquit, dicitur magiſtratus, puta Prætor, uel alius ſimilis, cùm in cauſis priuatis & pecuniarijs, iudici à ſe dato ius quoddam quaſi conſtituit, & formulam iuris & æquitatis ei præſcribit, quam ſequatur: & à qua cognoſcendo, iudicandoq; recedere nõ poſſit. Nam Prætor cauſas priuatas iudicare non ſolebat, ſed iudicem dare, qui de facto tantum cognoſceret. Nec uerum eſt quod plerique opinantur, rebus iudicandis eum præpoſitum fuiſſe legibus Romanis. Ad hunc op-

g l.ædiles. de ædil.edi.l.ſi quis ex. de iudi.

pugnandum adgredi licet eadem uia, qua ei ſuprà contradixi, qui in eadem eſt hæreſi ferè, niſi quòd dare iudices, ut dare iudicium, iuriſdictionis ſimplicis eſſe uelit: cùm ille dare iudices, ad miſtum imperium retulerit, dare iudiciũ, ad iuriſdictionem. Quòd ſcribit, legem à Cicerone confictam, Cicero ipſe pro me ſatis refellit. Nihil, inquit, habui ſanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. Quintus enim frater, paululum noui attuliſſe dicebat. His adde, ſi lubet, Pædianum, & Gellium: quorum ille Prætorum inſtituta fuiſſe ait in decretis interponendis, & diiudicandis cauſis: hic uerò Prætores ab initio uindicias dicere ſolitos, deinde paciſci longinquas res uindiciarum dicendarum cauſa grauatos, &c. Pecuniarias quidem certè cauſas, quæ ad centumuiros deferebantur, iudicare ſolitos Prætores de conſilij ſententia, dubium non eſt: quas nec ipſe appellatione priuatorum complectitur, opinor. Nam in fauorem quarundam perſonarum, & cauſarum, iudicaſſe fatetur. Idem interrogatus reſponderet (ut puto) de edictis, & decretis Prætorum in contumaces, & in integrum reſtitutionibus: in quibus ſententiam dixiſſe, non uno loco ſcriptum extat apud iureconſultos.[h] Qua ratione & cum de iure, lite cõteſtata, omnis quæſtio eſt, Prætor pronuntiaſſe dicitur.[i] Sed addam Ciceronem in Verrem, & iureconſultos, qui non ſolum de iure, cauſa cognita, ſed etiam de facto pronuntiaſſe

h l. Aemilius. de minor. l. ſi prętor. de iudi.

i l. titiæ. de aur. lega.

tiaſſe,ſcriptum reliquerunt. Quid quòd more maiorum comparatum eſſe,ut iuriſdictionem mandare poſſent, & conceſſum eſſe lege, uel more, ut iudicem darent: non ſolere paſsim iudices dare, à conſultis traditum ſit?[k] quid quòd conſtitutionem actionis,uel iudicij,in iure apud Prætorem, in iuriſdictione quædam ſequantur?[l] quam per pedaneum explicari nõ ſolere,inter nos conuenit. Quid deniq; quòd Prætor libertis ſuis ius dicere non poteſt,qui poteſt iudicium dare?[m] Eatenus enim ius dicitur,dum lis conteſtetur, & res ablata exhibeatur,& deponatur. Quid? Præſes prouinciæ,quem unum tot gentes, ac nationes intuebantur, cauſas diiudicabat:[n] Romæ, ubi tot magiſtratus ius dicebant, Prætor cauſas non cognouit? cum præſertim Hermogenianus cognouiſſe, diſertis uerbis ſcriptum relinquat.[o] At Cicero,inquit, ad Q. fratrem, ſignificat Prætorem non ſolere iudicare. Ego Ciceronem de Præſide prouinciæ, non de Prætore urbano loqui, ſuprà dixi: quem iudicare ſolitum, iureconſulti paſsim ſcribunt.[p] Deinde non rectè Ciceronis locum adducit: Prætor, inquit,ſolet iudicare pecuniam deberi? Integer igitur Ciceronis locus citandus eſt, cognita ſpecie, de qua agitur. Quidam Prætor deſignatus Romæ, apud M.Cicer.queſtus eſt de Q. fratre Proconſule tum Aſię,quaſi uetuiſſet ne quid ex hæreditate, quæ in Aſia Prætori obuenerat,diſtraherent pro-

k l. more. de iuriſd. l. cũ prætor. de iudi.

l l. s.c. de offic. præſid.

m l. qui. de iuriſd. & d. s. c.

n l. ſæpe. & ſeq. de off præſid.

o l. 10. de offi præſ.

p d. l. ſæpe. & ſeq.

curatores, dum cuidam ſatisfactum eſſet, qui ſibi pecuniam á defuncto debitam diceret. Cicero fratrem increpat, & hoc minimè æquum eſſe docet. Quid, inquit, ſi inficietur? quid ſi omninò non debeatur? quid? Prætor iudicat deberi? Hæc Cicero. Quibus uerbis ſignificat, æquum non eſſe Prætorem uetare ne quid ex hæreditate uæneat, dum ſatisfactum ſit ei, cui an deberetur non poteſt iudicari, dum de facto cognoſcat Prætor, uel ipſe per ſe, uel dato iudice. Prætereo uaria loca iuris ciuilis, ex quibus apparet, cognitionem & iudicationem, non ſolùm iudicum priuatorum eſſe, ſed etiam iuriſdictionis magiſtratuum.[q] Quæ omnia ſuprà à nobis deſcripta ſunt. Quid quòd mandata generali iuriſdictione, totum officium iuris dicendi transferatur in eum cui mandatur?[r] Nec tamen ſatis compertum ſit, an iuriſdictio mandata ſecum trahat iudicis dandi licentiam? Nam id demum ijs licet, quibus conceſſum eſt lege, s. c. conſtitutione, uel more maiorum:[s] & iuriſdictionem etiam eſſe hanc licentiam, iureconſultus ſcribit, non ſimplicem & puram, ſed qualis ineſt imperio in danda bonorum poſſeſsione. Alioqui ſcribendum fuerat, Iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia. Non moueor conſtitutione Ne quis in ſua cauſa iudicet, uel ius ſibi dicat: cùm non ſit nouum, generale uerbum ſubijci ſpeciali, uel contrà ſpeciale generali. Sic Vlpianus inquit, Ius ſolum locum eſſe, ubi ius di-

cendi

q l. 42. de re iudic. l. 3. de offi. e. l. idē. de iuriſd.

r l. 1. de ſuſp. tut.

s l. eum prætor. de iudi.

cendi,uel iudicandi gratia,magiſtratus populi Romani, uel Præſides prouinciarum, uel alij iudices conſiſtunt.[t] Alios iudices ordinarios intelligere uidetur,[u] non priuatos qui non in iure, ſed in iudicio iudicant,& conſiſtunt. Quamobrem Cæſares commune uerbum iudicis,& ius dicentis, ſubiecerunt, Iniquum admodum eſſe in re propria alicui ius tribuere ſententiæ. Quod de ſententia magiſtratus magis quàm de iudicis priuati ſententia, accipiendum eſt:[x] cum filius patri iudex eſſe poſsit,conſentiente aduerſario.[y] Ait deinde, Nam quod Vlpianus ait,Qui reſtituere iuſſus,iudici non paret, &c. manu militari officio iudicis poſſeſsio ab eo transfertur,&c. id de pronuntiatione,inquit, & ſententia iudicis, non de ipſius executione accipiendum eſt. Quaſi uerò officium iudicis,in eo loco ſit officium pedanei, & non ordinarij:cùm præſertim iudicis appellatione ordinarius pro loco accipi debeat:[z] & hæc translatio poſſeſsionis quæ alibi per iudicem fieri dicitur,alibi per Prætorem,uel Præſidē fiat.[a] Nam hæc quæ imperij ſunt magis quàm iuriſdictionis,uel iudicationis,per magiſtratus, qui imperium habent,fieri ſolent, licet alius iudicet.[b] Quòd Suetonius ait, In iuriſdictione poſtulatoribus non niſi ſequenti die, &c. In cognoſcendo autem perpetuis actionibus omiſsis, &c. non cognitionem Imperatoris à iuriſdictione tanquam aliud genus ſeiungit, ſed ſpeciem alterā generi ſubijcit.

t l. 4. de interrog.
u l. pen. de inſtit.
x C. ne q. in ſua cau.
y l. in pri. de iudi.
z l. 1. de iudi. et ſi.
a l. ulti. de rei uend. l. 5. ut leg.
b auth. de liti. auth. de exhi. re.

Eſt enim iuriſdictio Cæſaris in reſpondendo poſtulatoribus, & in cognoſcendo iudicandoq; ordine, uel extra ordinem. Pòſt deinde ſcribit, His intellectis cognoſcitur quid ſit iuriſdictio. Nam modò iuris dicendi, ſeu iudicis dandi poteſtas eſt, ſiue (ut Vlpianus ait) licentia: modò ipſum ius dicere, ut ità loquar. Cæterum præter hæc quæ diximus, quæcunque à magiſtratu fiunt, ea imperij eſſe dicuntur: imperij, inquam, aut meri, aut miſti. Ex quibus uerbis apparet, pro ſimplice & pura iuriſdictione accipere iudicis, & iudicij dandi licentiam: quam nos ex Ciceronis lib. I I. ad Heren. & ex alijs locis, decreti eſſe magis quàm iuriſdictionis oſtendimus. Quanquam non ignoro eundem Ciceronem decreta interdum coanguſtaſſe ad ea, quæ in decernendis iudicijs non uerſantur: ſed Pauli ſententiæ magis conuenit, [c] imperij magis quàm iudicij, aut iuriſdictionis, hoc dici decretum. Non enim ius dicit propriè qui decernit iudicium, ſed imperat, ut per alium iudicantem, ipſe ius dixiſſe uideatur. Nam nec ipſa cognitio cauſæ, iuriſdictio eſt: ſed ipſa pronuntiatio, & ſententia magiſtratus, aut eius cui mandauit iuriſdictionem: & hoc in ciuili negotio, [d] quod propria legis actione ordinatur. Deinde ait de imperio miſto. Et hoc quidem imperium ideo miſtum dicitur, quia iuriſdictioni admiſtum, & coniunctum eſt, pertinetq; omninò ad officium ius dicentis:

c l. iubere.

d l. notionē. de uerb. ſig.

centis: adeò ut quiſquis habet iuriſdictionem, hoc quoque imperium habeat: & qui hoc imperio utitur, ius dicentis officio fungi exiſtimetur. Qua ratione transferri dicitur mãdata iuriſdictione. Quæ de magiſtratibus Romanis, non municipalibus intelligit. Pòſt deinde de mero imperio. Merum autem imperium, gladij poteſtas eſt, quæ diu poſt creationem magiſtratus, lege delata eſt Prætori. Merum imperium quaſi purum, & ſolum, abſq; generali iuriſdictione, quæ alijs Prætoribus ſorte obtigerat. Et hanc gladij poteſtatem, non poteſt is cui contigit, alteri mandare, niſi proficiſcatur, quamuis iuriſdictionem habens, ſine exceptione cuiuis eam mandare poſsit. Hæc ille. Sed quæro in quo genere ponat decretum Prætoris de prædijs minorum uendendis, quod Prætori urbano conſtitutio nominatim attribuit: decretum item de tranſactione alimentorum, quod s. c. tribuit Prætori, uel Præſidi: & cætera, quæ Papinianus mandata iuriſdictione transferri poſſe negat, quòd lege, &c. ſpecialiter deferantur. Non dicet iuriſdictionis eſſe, quæ in dando iudice poſita eſt. Neque meri imperij erunt, cum ad animaduerſionem in facinoroſos, non pertineant. Reliquum eſt, ut ſub miſto imperio ſtatuat, quandoquidem hæc magiſtratuum ſint ius dicentium, non priuatorum hominum. Sed nec hoc quidem ex ſua definitione tuebitur: cùm hoc imperium non transferatur

mandata iuriſdictione, nec iuriſdictionem habens, hæc ſine exceptione mandare poſsit: aut hoc imperium continuò habeat. Nam Præfectus urbi, Aedilis curulis, & cæteri Romæ magiſtratus (qui centumuiralibus haſtis præeſſe non potuerunt, decernere de prædijs minorum, de alimentis, & cæteris cauſis nominatim alijs magiſtratibus adſcriptis) iuriſdictionem abſque tali imperio habent. Niſi fortè reſpondeat, imperium miſtum quidem ſequi iuriſdictionem, ſed non omne: & qui iuriſdictionem habent ſimiliter miſtum habere imperium, ſed non omnia quæ ſunt miſti imperij. Vnde nos colligimus, non ideo miſtum dictum imperium, quòd admiſtum ſit & coniunctum iuriſdictioni in eodem magiſtratu, ut ille intelligit; ſed quòd iuriſdictio etiam dicatur, non ſolum imperium. Sed ille, opinor, illud ſuum enuntiatū Quiſquis habet iuriſdictionem, idem hoc quoque imperium habet, de habente generalem iuriſdictionem accepit: qualis eſt Prætor urbanus Romæ, & Præſes in prouincia: quibus ſuprà dicta decreta competebant, unà cum generali iuriſdictione, quæ obtigerat. At nec hoc quidem iureconſulti doctrinæ conuenit, qui non in eodem magiſtratu iuriſdictioni admiſtum & coniunctum imperium ſignificat: ſed ſingulis ſpeciebus miſti imperij, per ſe abſque magiſtratus contemplatione conſideratis, iuriſdictionem ineſſe, ut imperio quod in danda

bonorum poſſeſsione conſiſtit,[e] quod in decernenda alienatione prædij, & cæteris quæ ſunt miſti imperij, ſimili ratione: ut rectius ſenſiſſe quàm elocutus ſit, facilè credam: etſi nulla ratione quod ab eo ſcriptum eſt, defendere poſsim. Quod ideo dictum uolui, ne iuuentus quæ utrique noſtrum dedit operam, nouum dogma à ſententia noſtra alienum tradidiſſe exiſtimet in hoc argumento, ſiue contradicendi ſtudio, ſiue quòd meliora repererit. In hoc conuenit, quòd mandata iuriſdictione, miſtum transferri imperium uterque ſcribat: uterque iuriſdictionem ſimplicem priuatis actionibus adſcribat: uterque Prætores urbanos iudicia componere in iure, & ſæpius dare iudices, quàm iudicare de facto ſolitos, dicat. Sed ille ad ueterem morem dandorum iudiciorum, iuriſdictionẽ ſimplicem retulit: ego ad iudicationẽ magiſtratuum. Idem alio capite, quod ad Vlpianum ſcripſit,[f] à noſtris commentarijs ad eundem, recedere iuuentuti uidetur, quos diu antè quàm hæc edidiſſet, communi auditorio dictaueram. In his poſt expoſitam Bartoli ſententiam, Bulgari interpretationem ſubieceram hiſce uerbis, Niſi malis extremum eſſe ultimum: nimirum reſtituere rẽ mobilem uendicanti arbitratu iudicis: duci uerò & ferri, manu militari. Curaueram typis excudi in margine ad Vlpianum, lectionem adfirmatiuam, ut Bulgari ſubauditionem effugerem: quòd in ea opin

e d.l.3. de iuriſd.

f l.1. ſi quis ius di.

opinione ex doctis nonnullos eſſe animaduertiſſem: Is uidetur ius dicenti obtemperaſſe, qui quod extremum eſt in iuriſdictione fecit: ueluti, &c. Ille neminem adhuc cuius ſcripta in manus ueniſſent, ſatis Vlpianum explicaſſe adfirmat: & Bulgari interpretationem ſuis uerbis euoluit. In hoc à noſtra ſententia, timidè ac diffidenter receſsit, quòd cùm populare iudicium dari ex hoc titulo ſcripſiſſem, ille Datur autem, inquit, (ut exiſtimo) non fiſco, ſed litigatori iudicium: non ad id quod intereſt, ſed quanti ea res eſt de qua mouetur controuerſia. Itaque meram pœnã continet hæc actio, abſq; ulla rei perſecutione, ut hîc Vlpianus ait. Mihi hæc interpretatio nõ magnopere placet. Primum, quòd Vlpianus dicat conceſſum eſſe magiſtratibus ſecundum ius poteſtatis ſuæ, pœnale iudicium dare ex hac cauſa. Secundum ius poteſtatis interpretor, pro modo imperij, & maieſtatis, quæ contempta uidetur. Nam & multam dicere extra ordinem, pro imperio ſuo uariè ſolent magiſtratus.[g] Sic Iuſtinianus Præfecto urbis, uel Prætori, ſecundum iuriſdictionem ſuam, conceſſum eſſe tutores dare ſcribit:[h] quod Theophilus interpretatur. Quia ſunt, inquit, aliqui quibus Præfectus, non Prætor tutores decernere poteſt. Deinde quòd imperium magiſtratus hîc cõtemptum ſit, ut cùm album corrumpitur, &c. ex quibus cauſis populare iudicium dari ſolet.[i] Ad extremum, quòd uerba

g C.de mod. mulcta.

h Inſti.de att. tuto.

i l.ſi quis. & ſeq. de iuriſd.

ba Quanti ea res erit,in edictis Prætorum,etſi ambiguè ſcripta uideri poſsint, tamen pro ſubiecta materia, nunc ad ueram rei æſtimationem referri debent,non ad calumnioſam,& falſam petitionem actoris:[k] nunc etiam ad pœnam,ut coërceatur contumacia litigatoris,[l] quod & Quanti ob eam rem æquum uidebitur iudicanti, etiam edici ſolet,[m] & Prout quæque res erit.[n] Res autem eſt, quæ cauſa proxima eſt iudicij, quod Prætor pollicetur Quãti ea res erit: ut in interdicto uti poſsidetis, poſſeſſio æſtimanda eſt, non res corporalis quæ poſsidetur:in edicto damni infecti, res eſt damnum, & quanti intereſt cautum fuiſſe:[o] in edicto Ne uis fiat, eſt id quod intereſt poſſeſsionem habere:[p] in edicto Quod falſo tutore, ſimiliter id quod pupilli intereſt:[q] in edicto De in litem iurando, non ſolum res eſt ab initio deducta in iudicium,ſed etiam contumacia:[r] in edicto de iniurijs,res eſt contumelia:[s] in edicto De ſepulcro uiolato, res eſt etiam iniuria, & temeritas uiolantis:[t] ut uerius ſit in hoc argumento ad pœnam Vlpianum ſpectare:& rem eſſe, non deducendam in iudicium, ſed contumaciam eius qui non obtemperauit ius dicenti. Et cùm iniuria magiſtratui ius dicenti facta ſit, non litigatori:cuilibet de populo ità actio danda uidetur,ut præferatur cuius maximè interſit, uti in iudicio De albo corrupto, & cæteris popularibus. Adde edictum Ne quis eum qui in ius uocabitur,

unde

k l.1.ne uis fi. l.hęc uerba. de uerb.ſig. l.9. qđ fal. tuto.
l l.8.de in lit. iur.
m l.3. de ſep. uiol. l.1. de alc.
n l. itẽ apud. de iniur.
o l.4.de dam. infect.
p l.1.ne uis.
q l. 7. quod fal.tuto.
r l.1.& 8.de in lit.
s d.l.item.
t d.l.3.

unde dicit argumentum, nihil eum iuuare: in quo ſcriptum non fuit Quanti ea res erit, ut in hoc edicto: ſed Quanti ea res erit ab actore æſtimata, de qua controuerſia erit. Id quod ex uerbis Vlpiani deprehenditur: qui illo iudicio ſcribit contineri, non quod in ueritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab actore æſtimata, de qua controuerſia eſt. Quod ideo, inquit, additum eſt, ut appareat, etiam ſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœnam eum perſequi.[u] Nos autem ſuprà oſtendimus, uerba Quanti ea res erit, ad ueritatem, non ad calumnioſam petitionem referri: & ad contumaciam, ob quam datur hoc iudicium, non ad rem deducendam in iudicium. Et ideo Vlpianus, meram pœnam hoc iudicium continere ait: quæ ſi litigatori ſoli daretur, aduerſus eum qui non obtemperauit ius dicenti, & ex hac cauſa ſolus ageret, & nihilominus maneret qui contempſit iudicem, obligatus. Quod iniquum uidetur, cùm publicè non priuatim interſit principaliter, ius dicentem non contemni: aliter quàm uim in bonis alienis, uel furtum non committi, aut in ius ducenti, è manibus auferri aduerſarium. Prætereo quod ille ait, ex hac cauſa actori denegari actionem, falſum eſſe. Quæ mera pœna eſſe quî poteſt, ſi calumnioſa ſit actio? Verius eſt enim, alijs quoque remedijs Prætorem coercere contumaciam non obtemperantis, ut negata iuriſdictione,[x] mulcta extra ordinem,[y] & abſq; indic

u l. pen. ne q. eum.

x l. ſed &. de maio.

y l. 2. ſi q. in ius uoc.

indicio dato, indiɛta: item miſsione in poſſeſsionem bonorum, [z] damno litis, [a] interdicto Ne uis fiat, [b] præhenſione contumacis, [c] &c: [d] ſed pœnam huius edicti non aliter competere, quàm ſi inſigniter quis ius dicentem contempſerit: ut puta, quod eſt ultimum in iuriſdictione recuſans. Quod uerò executionem ſententiæ, negat extremum eſſe iuriſdictionis, ſuprà à nobis refellitur: ubi ius dici, non ſolum in conſtituendis iudicijs, & dandis iudicibus, ſed in cognoſcendo quoque, diiudicando cauſas priuatas, & exequendo dictas iam ſententias, oſtendimus. Quod autem Vlpianus ait, Non ad id quod intereſt, ſed quanti ea res eſt, ſignificat hæc diuerſa eſſe: [d] quamuis interdum id quod intereſt, ueram rei æſtimationem non egrediatur, uel (quod idem eſt) pretium: [e] & ob id plerunque iureconſulti Quanti intereſt, pro Quanti ea res eſt ſcribant. [f] In iudicijs, in quibus in litem iuratur, Quanti ea res erit, ità accipiendum eſt, ut ex edicto De in litem iurando, ſupra rei pretium æſtimetur res in iudicium deducta, [g] ut dixi. Poteram quidem certè in Accurſij, Bartoli, cæterorumq; ad ius ciuile commentarijs, & diuerſorum autorum de eadem re tractatibus ſeparatim ſcriptis, omnia expiſcari: & ſplendidius aliquanto ea refutare, quæ ſuprà ex ſcriptis locis, tam iuris, quàm aliorum ſcriptorum, aduerſa uiderentur: ſed hæc noſtri ſtudioſis ſufficient. Ex quibus paret, pragmaticos

z l. ſatisq;. de in ius uoc.
a l. cõtu. de re iudi. l. conſent. C. quo. et qu.
b l. 1. & 3. ne uis.
c l. iniuriarũ. de furt.
d l. ubi. de eden.
d l. hæc uerba. de uerb. ſignific.
e l. 1. de actio. empt.
f l. pe. uti poſ. l. ultim. de præt. l. 4. de dam. infect. l. 9. quod fal. tuto.
g l. 1. & 8. de in lit. l. arbitrio. de dol.

Gallos, haud procul à iure communi Romanorum diſceſsiſſe, qui Durantium, & Oldradum ſecuti, tria iuriſdictionis genera poſuerunt, ſummam iuriſdictionem, mediam, & infimam, *haulte, moyenne, baſſe iuſtice.* Et ſummam eſſe ferè poteſtatem animaduertendi gladio in facinoroſos, quod merum imperium iureconſulti appellant: mediæ iuriſdictionis eſſe, etiam crimina pecuniaria mulcta coërcere, uel arbitraria, uel ad ſexaginta ſolidos Turonicos, quod & nos miſti imperij eſſe ponimus. Infimæ uerò iuriſdictionis eſſe, diiudicare actiones ciuiles, tam in rem, quàm in perſonam. Sed quòd mulctæ dicendæ poteſtatem tribuant infimam iuriſdictionem habentibus, quam nos ſimplicem iuriſdictionem ferè appellamus: & coërcitionem criminum quorum mulcta, pœna'ue, ſtatutam quantitatem, ſeptem puta ſolidos aut ſexaginta non excedat: eos ſecuti uidentur, qui modicam coercitionem à miſto imperio ſeparant. Nec in ea re multum hallucinati ſunt, cum municipales magiſtratus conſtet, aliquam coërcitionem, certè in ſeruos habuiſſe, & miſiſſe in poſſeſsionem ex cauſa damni infecti: quamuis imperium miſtum alioquin magiſtratuum populi Romani non habuerint.[h] Exemplo certè animaduerſionis, quæ Defenſoribus ciuitatum data eſt, non abſque iuris ciuilis ratione, leniorum criminum coërcitionem, infimam iuriſdictionem habentibus tribuerunt: quam

[h] l. nec. de iniur. l. ea. ad munici. l. 4. de dam. infe. l. magiſt. de iuriſd.

quam miſti imperij eſſe, nos ex iure Romano diximus, non (ut alij uoluerunt) meri. Igitur ut facilem doctrinam incipientibus, & ad forum properantibus, relinquamus: Iuriſdictionem latiſsimè acceptam, in merum imperium, miſtum, & ſimplicem iuriſdictionem partimur: id eſt ſerè, *haulte, moyenne, baſſe iuſtice.* Quam & cum Bartolo in imperium, & iuriſdictionem partiri licet, & imperium in merum, & miſtum: quod eodem recidit. Non me fallit, miſtum imperium ſic accipi poſſe, ut ſimplicem iuriſdictionem etiam complectatur: quòd imperium, omnem magiſtratus poteſtatem ſignificet:[i] ut apud Francos, qui mediam habet iuriſdictionem, etiam infimam habet. Sed tamen in lege Imperium, & ſeq. aliter imperium, & iuriſdictio, uſurpantur. Si qua in commentarijs ad Pandectas, his repugnantia ſcripſiſſe uideamur, eo in loco Haloandrinos libros ſecuti ſumus: quanquam nec uulgarem lectionem (quam nunc ſequimur) negligimus. Capita ex moribus regionum apud Gallos, hûc transſcribam, ut ex eo pragmatici Galli, ius Romanum de iuriſdictione, & contrà iuris Romani ſtudioſi, ex eo Gallicum ius, & facilè percipiant, & interpretentur. Quorum hercule utrunque per ſe indigens, alterum alterius, apud eos qui in ſenatu, & foro uerſari aliquando uolunt, auxilio eget. Senones. *Celuy qui ha haulte iuſtice, ha iuriſdiction, puiſſance, & congnoiſſance des cas requerans mort, &*

i l. poteſta de uer. ſig. l. & ſi. de offi. e.

 dernier

dernier ſupplice,mutilation & inciſion de membres, & autres peines corporelles:comme fuſtiguer, pilorier, eſcheller, bannir, marquer, deporter, & autres ſemblables. Celuy qui ha moyenne iuſtice, peult, & luy loiſt creer & bailler tuteurs, curateurs, bailler & decreter ſauuegarde eſpecialle à ſes ſubiets pour leur corps & biens, & auſsi commiſsions & garde eſpecialle, en cas poſſeſſoire:item faire mainmiſes, ſubhaſtations, interpoſitions de decret, & emancipations: item ha iuriſdiction, & congnoiſſance de delicts & malefices extraordinaires,ou il peult cheoir amande pecuniaire & arbitraire. Au ſeigneur bas iuſticier appartient la iuriſdiction & congnoiſſance de toutes cauſes ciuilles, perſonelles & poſſeſſoires,reelles et miſtes:& des mesfaicts de ſes ſubiets,iuſques à ſoixante ſols & au deſſoubs. Proxima his Senonum moribus,eſt lex municipalis Pictonum: quæ & ipſa manumiſsiones, & emancipationes,ad miſtum imperium refert cum Bartolo, aut certè ad mediam iuriſdictionem: ut decretum ſecuritatis,ad ſummam iuriſdictionem. Dare menſuras,& pondera:item theſauri, bonorum uacantium, fluminum publicorum ius, & ſigilla habere contractuum: creare magiſtratus, & tabelliones, non ad iuriſdictionem, ſed ad dominum iuriſdictionis mores referunt, cognoſcere uerò de his rebus ad iuriſdictionem: ut nos legem conſtituere, non ad iuriſdictionem Principis,ſed ad Principem referimus. Vt confitendum ſit *haulte iuſtice* aliquid amplius quàm merum imperium habere ad animaduertendum in facinoroſos, certè ad eum pertinere

tinere qui ſummam iuriſdictionem habet: quo modo & quæ iuriſdictionis uoluntariæ ſunt, & generali iuriſdictione mandata tranſeunt, ad mediam iuriſdictionem mores referunt, ut Bartolus ad miſtum imperium: etſi ex iure Quiritum, nos ſimplicis iuriſdictionis eſſe tueamur,[k] niſi conſilio forte opus ſit.[l] Sic *baſſe iuſtice*, aliquid amplius habet quàm mera, ſimplexq; iuriſdictio: ueluti coërcitionem criminum leuiorum, apud quoſdam: ſiue hæc differentia errore primum, ſiue certa ratione, in mores perducta ſit. Nos docendi cauſa, ob tam tenue rerum diſcrimen, à receptis uocabulis non recedemus: cùm præſertim Iuſtinianus lege noua Lampadio & Oreſte Conſulibus lata, ius mulctæ exercitoribus dicendæ, ad ſenos, ternos'ue ſolidos, delegatis iudicibus permiſerit:[m] quos non iuriſdictionem, ſed iudicationem habere, oſtendimus.

k L.ap. de ma. uind.
l l.2. de offi. e.
m C. de ſport.

Variarum quæſtionum publicè tractatarum ad Digeſta iuris ciuilis, primæ

FINIS.

l 3

DECRETVM ORDINIS IVRIS PROFESſorum apud Bituriges, de ordine, uia, & ratione interpretandi iuris.

PRIDIE Non. April. Anno à CHRISTO M. D. XLVIII. Eguinar. Baro, Steph. Stratius, Io. Rabyrius, Andr. Leueſcatius, & Franc. Balduinus, de ordine, uia, & ratione, interpretandi iuris, ita decreuerunt. Cùm rectè atque ordine, eq; Rep. ſenatus Pariſiorum, Iuſtiniani legumlatoris de eadem re ſecutus præſcriptum, cenſuerit, ut Aureliæ doctorum primus, magnificentius ac ſplendidius aliquanto quàm cæteri, ius interpretaretur: omnes uerò diſtinctè atque explicatè, leges ipſas maximè, reiectis nugis, iuuentuti traderent: atque ut Inſtitutiones iuris ciuilis, quotannis à principio ad extremum, per unum ex doctoribus qui intra numerum eſſet, incipientibus leui ac ſimplici uia exponerentur: Placere, ut Biturigibus primus doctorum iuris ciuilis Baro, eo anno, poſt enodatas Inſtitutiones, ſeptem partium Digeſtorum duas, τὰ πρῶτα, & De iudicijs, explicaret: Stratius ſecundus totidem, De rebus, & De pignoribus: tertius Balduinus item duas, De teſtamentis, & De bonorum poſſeſſionibus:

bus:quartus ultimam partem De uerborum obligationibus, & Codicem Iuſtinianeum: ſed ità ut nobiliores ob rerum, aut uerborum difficultatem tractatus, bona fide explanarent: cæteros ad fontes ipſos, id eſt leges, s.c. plebiſcita, edicta, decreta Principum, & ad rubricas, breuiter reuocarent. Secundo anno, ex ordine partes ſequentes iuris, ſibi eadem ratione interpretandas ſinguli deinceps ſumerent: nimirum Baro, qui primam & ſecundam partē eo anno tradiderit, tertiam & quartam ſequēti anno ſuſciperet: Stratius, qui has iam expoſuerit, quintam & ſextā ſortiretur: Balduinus his expoſitis, ſeptimam Digeſtorum, & Codicem Iuſtiniani adgrederetur: & qui has explicauerit, Inſtitutiones, τὰ πρῶτα, & De iudicijs, acciperet: Ità fore, ut adoleſcentes qui ex diuerſis Europæ regionibus, ſtudiorum gratia, in Biturigum academiam uenirent, quotannis ſortirentur doctorum unum, qui menſe Aprili Inſtitutiones occiperet, & intra quadriennium à Iuſtiniano hiſce ſtudijs præſtitutum, omnia iuris ciuilis corpora euolueret: quo interim ſpatio, ſi cæteros quoque audire uellet, quater ſibi expoſitum ius ciuile domum referret: aut ſi per facultates, aut alioquin, tantum temporis tribuere his ſtudijs uel non liceret, uel non placeret, quo anno in gymnaſium ueniret, eodem totius iuris interpretationem ſemel quidem certè exciperet: rem tot ſeculis, non rei uitio, ſed

interp

interpretum culpa,omninò inauditam. Item cenſuerunt, ut Rabyrius, Leueſcatius, & cæteri iuris pontificum interpretes, eundem ordinem, eandemq́; rationem, in eo iure quotannis explicando, per omnia ſequerentur:utq́; ex omni profeſſorum numero duo,qui non docti modò, ſed etiam experientes eſſent, ferijs uindemialibus nobiliſsimam iuris particulam De beneficijs (quæ feuda appellant) uolentibus Latinè, & ſignificanter extricarent:cæteri nouellas Iuſtiniani conſtitutiones,reliquo iuri aliquid derogantes, cum locis proximis eius atque coniunctis, diligenter contenderent, atque compararent. His ità quotannis per exquiſitos ex omni Europa magiſtros, iuuentuti exhibitis, procul dubio innumeros uerè iuris & æquitatis conſultos, ad Rempub.gerendam ex ea ſchola exituros:ſi modò neque auditorum erga doctores officium, aut potius pietas, neque in audiendo attentio, & quotidiana aſsiduitas, neque denique magiſtratuum in conſeruandis utriſque ab iniuria & periculo, fides & autoritas deficerent.

Datum Biturigibus

Ann. M. D. XLVIIJ.